

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii Flacci Epistolae Omnes, Qvae Extant**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Basilae, 1615**

Epistola II. Ad Lollium

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1477](#)

miam subiecti pro ipsis coniugibus. Valet igitur, si hic dives est coniugatus & uxorem habet.  
 \*z Anaphora est in iteratione nil in principijs.  
 \*<sup>a</sup> Επιφωνία est, summa Poete acclamatio ad magnitudinem inconstantiae narratæ indicandam.  
 b\* Alia est Apostrophe ad quemlibet, nisi maius ad ipsum Mæcenatem esse redditum.  
 c\* Hoc dicitur per metonymiam effecti pro tonsore capillos inæqualiter tondente per imperitiam rustican. Sunt, qui tropum hac designant interpretatio- 10 ne, pro tonsura inæquali, ex effidente ipsum effectum imprudenter indicantes: sed ramen in tonsore, non in epitheto inæquali, tropum statuentes.  
 d\* Rides ter in clausulis sententiarum iteratum cum similitudine eiusdem soni iucunda est epistrophe: vbi dicit, sed quem pugnantia dico: petita sperno: omissa reperio cupidè: diruta per me ipse reficio: dum denig, rotunda quadro: non rides, nec reprehendis tales inconstantiae perturbationes, quasi sic inueteratas, & corroboratas in me, vt in quandam naturam iam abiisse tibi videantur.  
 e\* Sumtum est ab ignis vel aquæ marinæ cōmotiōnibus & incendijs, quibus æquor concitatur ad turbidos animi effectus indicando, qui manifesti sunt interdum accessione vocis alterius, vt apud Tullium, astuat dubitatione. Gal. perplex & qui nesciat, quid doibt faire, & apud Sallustium, astuat inuidia, Gal. il est fort huius propria est notio huius verbi Ode 6.l.2.

— ubi Maura semper  
astuat vnda, vt alterius, Canicule vitabis astus.

Ode 16.l.1. quo genere tropi vtitur sapè Cicero, vt lib.3. 30 de Orat. Te astus quidem ingenij procul armipuit, & 2. de leg. Ne astus nos consuetudinis absorbeat: simili tropo Plutar- chus in Coriolano dicit χειρῶνα λικὴν ἀβολωτὴν πόλεων, pro seditione & tumultu ciuitatis. D. etiā Paulus ad Ephes. cap.4. vers.14. ἵνα μητέ τι ὀφεν νέποις, οὐδὲ λυγίοντοι, λαζαπεδούσι ταῦτη αὐτέμ την διδασκαλίας, ne amplius pueri simus, qui fluctuemus & circumferamur quouis vento doctrina.

f\* Allegoria est a remedij medicorum, ad salubria philosophorum præcepta, quibus perturbationes animalium curantur,  
 g\* Videretur σωνευτοχηνῶς sumendum, pro irascaris ad leuisimam quamque culpam.

b\* Translate hoc dicimus a fulcris pensilibus nutricum pro sustentari & innitentes tuā ope & prouisio- ne, vt lib.14. ad Atticum. Resp. pendit e Bruto: propriè autem sumitur Eclog.1. de rupe pēdere, & Eun. Act.6. Sc.7. Tu iem pendebis, qui stultum adolescentem nobilitas flagitis. addam in de te metonymiam esse pro consilio & auxilio Mæcenatis, e quibus torus pendet amicus. Potest etiam e similitudine soni initio & clausula sententiae notari symbole figura dictio, est simul periphrasis Romani clientis: ac potius orphani & pupilli propter antecedentia, prætorii, curatoris turela: prætereā Ser- uis lib.12. Aeneidos ad verba--- in te omnū domus inclinata recumbit annotat, est a ruina translatio continua: quia tota sententia est immutata: eandem Cicero alijs 20 retulit verbis epist.11.lib.3. ad Appium Pulcrum fam. omnes vires ciuitatis se ad Pompej duellum applicauerunt. alii quoque Seneca lib.1. cap.1. de clementia, ut quoq. ca- rior est, in quem se Respublica conuertit.

i\* Egoīsia est, vt appareat ē τάνθις ἐπανορθώσεως, praci- pue sanus. vbi quoque obserues τὸ rex regum τροπῖνος sumi pro eo, qui regit & domat cupiditates, & in quo appetitus paret rationi, quum imperare sibi maximum sit imperium, vt dicetur epist. proxime sequente ad ver. animum rege. e Seneca.

k\* Videretur quibusdam allegoria esse a laborantibus phlegmate copioso, quo nummi sine fœnore dati in mutuum non minus exhibent molestiae auaro: quām verò illi recte sentiant, judicer prudens Lector. Arbitrор equidem potius ex interpretatione Porphyri- nis, nisi luxurias imperit, metonymiam esse causæ, id est, huius redundantis humoris pro dolore a pronō huius decursu in partes subiectas excitato.

## EPISTOLA II. AD LOLLIUM.

### Theticum.

Quod e scriptis Homericis doctrina vitæ & morum pleniū ac melius percipiatur, quām e libris Philosophorum: ad cuius studium Poeta Romanos cohortatur cum reprobatione vitiorum.

Troiani belli a scriptorem, maxime Lollī,  
 Dum tu declamas Roma & Prenestē b relegi.  
 c Qui quid sit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non,  
 Pleniū ac melius d Chrysippo & Crantore dicit  
 Cur ita crediderim (nisi quid te detinet) audi.  
 e Tabula, quā Paridis propter narratur amorem,  
 f Gracia Barbari a lento collisa duello,  
 Stultorum regum & populorum continet g astus  
 Antenor censem bellū h præcidere caussam.  
 Quid Paris? ut saluus regnet, viuāq. beatus,  
 Cogi posse negat. Nestor componere lites  
 i Inter k Peleiden festinat & inter k Atreiden:  
 Hunc amor, ira quidem communiter vrit virumq.  
 l Quicquid delirant reges, plectantur Achiu.  
 Seditione, dolis, scelere atq. libidine & ira

Ilacos m intra muros peccatur & extra.  
 2. Rurjs, n quid virius, & quid sapientia possit,  
 Vtile proposuit nobis exemplar. Ulyssem:  
 Qui o domitor Troiæ multorum prouidus urbes  
 Et mores heminum inspexit, latumq. per æquor,  
 Dum sibi, dum socijs, redditum parat, aspera multa  
 Pertulit, aduersis rerum p immers. subilis undis.  
 Sirenum voces, & Circes pecula nosti.  
 40 2. Que si cum socijs stultus cupidusq. bibisset,  
 Sub domina mererrice fuisset turpis & excors:  
 Vixisset canis immundus, vel amicaluto sus.  
 3. Nos q. numerus sumus, & fruges consumere nati,  
 r Sponsi Penelope nebulones, Alcinoiq.,  
 In scute curanda plus æquo operata uiuentus:  
 Cui pulcrum fuit in medios dormire dies, &  
 Ad strepitum cithara cessatum ducere cur. an.

4. Ut ingulent homines, surgunt de nocte latrones:  
Vt te ipsum serues, non expurgisceris: s. atqui  
Si noles t' sanus cures hydropicus: & ni  
Posces ante diem librum cum lumine: si non  
u. Intendes animum studiis & rebus honestis.  
Inuidia vel amore vigil torquebere: 6. nam cur  
Quod ludunt oculos festinas demere: siquod  
Est animum, differs curandi tempus in annum?  
7. Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude.  
Incipe: 8 vii. endi recitè qui prorogat horam,  
X Rusticus expectat, dum defluat y amnis: at ille  
Labitur & labetur in omne volubilis eum.  
9. Quaritur argentum, puerisq; beata creandis  
Vxor, & inculta z pacantur vomere sylua  
Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet:  
10. aa Non domus & fundus, non bb aris aceruus &  
Aegroto domini deduxit corpore febres, (auri  
Non animo curas ii. cc v. aleat possessio, oportet:  
Si comparatis rebus bene cogitet vti,  
12. Qd i cœpit, aut metuit, uuat illum sic domus & res,  
vt lippump. Et etabula fomenta podagram,

Auriculas cithara collecta sorde dolentes.  
13. Sincerum est nisi vas, quodcunq; infundie, acc-  
scit.  
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.  
Semper avarus eget: certum voto pete finem.  
14. Inuidus alterius macrescit rebus opimis.  
Inuidia Siculi non inuenire Tyranni  
Maius tormentum: 15. qui non moderabitur ire,  
15. Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens.  
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.  
Ira furor brevis est: dd animum rege, qui nisi pareret,  
Imperat: ec hunc fraxis, hunc tu compescere catenâ.  
Fingit equum tenerâ docilem ceruice ff magister  
Ire viam, quam monstrat eques: venaticus ex quo  
Tempore ceruinam pelle latravit in aula,  
gg Militat in sylvis catulus. 16. Nunc hh adhibe  
puro  
20 Pectore ii verba puer: nunc te melioribus offer.  
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem  
Testa diu: 17. quod sikk cessas, aut strenuus anteis?  
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

## Analysis Dialectica.

**Q**via è demonstratione rhetici huius comparati elicitur cohortatio ad sapientiae studium, videbitur Epistola bipartitò distribui posse, vt altera parte de optimo docendæ Philosophiae magistro deligendo disputetur: altera, quid ex ipsius cultu capiatur frustus, explicetur: & quid contraria damni ex eiusdem cōtemtione. Initio autem, aur si vis, in exordio Epistolæ caussam memorat, cur hanc scriperit, quam certè tribuit lectioni poematis Homerici repetitæ in oppido Prænesti, interea dum Lollius adolescens Romæ declamationibus operam nauaret: vnde affirmat e comparisone minorū, se tantum fructus percepisse, quantum e sermonibus ieiunis Stoïcorum & Academicorum disputacionibus nunquam cepisset: quæ solùm nudam Philosophiæ bewejav complecti videntur: sed utrumque Homerii poema veram eiusdem per exempla praxin comprobare certò tenemus. Non dissimili commentatione P. Ramus expresit e commentarijs Cæsaris viuam Ethicæ moralisque doctrinæ imaginem, omisis Sophistarum & Hypocritarum de eadem opinionibus vanis, ac iugamentis prodigiosis, quæ nulli vñquam usui virtutis humanæ videntur, & fuisse, nec sunt, nec futura erunt. Inclusit autem hic auctor doctrinam virtutum & morum in libellum Latinè & Gallicè scriptum, de moribus veterum Gallorum, viuis potius & actuosis exemplis illustratum, quām theorematis intermortuis explicatum: Quamobrem verò Poeta ita ipse sentiat, dñs r̄s προσέγιως, cum attentione postulat intelligi: vbi adhuc habes quinque versibus quandam exordij formam, & propositam questionem: quam dupli distributione totius Homerici operis & subiectis reb⁹, id est, virtutibus ac virtutibus, in quibus versatur vniuersum poema, facile ac perspicue declarat: ac primum de in honesto & turpi ex Iliade disputat. Hæc autem via docendi, quam Horatius hic sequitur, insitit omnino vestigijs Homerice narrationis rerum ad Ilium gestarum. Nam virtutis perturbationes Graecorum in Iliade proponuntur, quorum stultitia hic specialibus exemplis arguitur. Quid enim habuit raptus Helena, nisi summa Paridis adulteri iniuriam cū temeritate non minore coniunctam? quid nisi tæcer-

rimam effeminati animi libidinem omnibus testam? vnde quidem certè perspicitur in omnes honesti partes grauiter turpiterque peccatum esse. In Alexander compertum habemus, quod Herod. in Clione scriptis nulli contingere solitum, δελεῖσθω, αδόντος ιερών, δημάρου τρέπεισιν αἰγέται, οὐ γε τῷ οἱ παῖδες τὸ νερίας θάντοι, οὐ δὲ τῷ οἱ πατέρες τὸ παῖδες, nullus adeo incideretur est, qui bellum pro pace eligat: in hac enim liberi parentes se peliunt: in illo autē parentes liberos. Itaq; non est mirū si tota Græcia vehementer indignate tanti sceleris commota, & suis urbibus velut effusa, se armaverit in Phrygiam, & pœnas vltionis festinauerit, quas quum Antenor, atrocitate facti offensus, declinare suaderet, maturâ raptæ mulieris restitutione, vt Græcis præcideretur omnis causa belli: huius tam salutari, tam vtili, tamque prudenti consilio Paris animi impotentia misere intercessit, publicisque commodis priuatam anteposuit & foedissimam libidine atq; intemperantiam: & maluit se, toramq; patriam in extrema vitæ, famæ, fortunarumque omnium pericula præcipitem dare, quām mulierem per summam iniuriam raptam a se dimittere: nullum certè postea facinus existit, quod non ex illo fonte manaret: nullum flagitium, nisi inde, nullæ innumerabilium hominum necesse, nulla denique vexatio, direptioque fuit, nisi ab illo turpi adulterio profecta: hinc inde grauissimi animorum motus inter principes vtriusq; partis sunt concitati, quos sedare minimè potuit summorum virorum summa prudentia Nestoris & Antenoris: nec magnos æstus irarum restinguere: nec infinitis malorum aliorum generibus medicinam inuenire. Ad tantam quoque tot malorum Iliada ex illo raptu accessit, vt ipsum cœlum perturbatis hominum mentibus concitatum sit. Inter Deos dissidia, & discordiae nata sunt quæ sola, dum Poeta profert ad Theticum approbandum, non plenè videtur satisfacere illius demonstrationi: τὰ μὲν γὰρ φῶλα πάθει μόνον λαζαλίγια, τὰ δὲ στέγαι παραλείπεται. Praenos enim solū memorat affectus: rectos & laudabiles prorsus præmittit, nisi velis nomine virtutis & sapientiae hos intelligi postea in Odysseæ argumento explicados. Veruntamen multas

multas honesti partes cernas in Iliade, perinde atque in narratione Vlyssae erroris, multas in honesti. Adam ad sententiam Horatij non solum Philosophiam moralem posse disci ex utroque Homeri poema-<sup>te</sup>, verum etiam *ἐγνώσθι τὰ παιδεῖαν πειρέσθαι*, ut merito illius libros possis Pandectas nominare: quod ut tibi planius fiat, nec te pluribus detineam, lege vi-<sup>ta</sup> Homeri e Plutarcho, vnde primū cognosces tres organicas artes, quarum usum in hac narratione docere contendimus, Dialecticam, Grammaticam, & Rheticam contineri: deinde morum doctrinam tam in domestica, quam in publica rerum administratione: posteā scientiam vniuersæ naturæ in assidua commemoratione corporum cœlestium, aëriorum, terrestrium, & aquatilium pro conditione rei tracta-<sup>re</sup>. Postremò rationem τῶν οὐταφυτῶν de Dijs, & de animorum immortalitate, quæ sane omnia tu facile reuoces ad hæc duo capita Plutarchi: *διά οὐρανὸς αὐλήσεων τούτων, διὰ τῆς οὐρανίας οὐχὶ γενναούσης*.

Redeo iam ad summam Iliados, ex cuius viuis exemplis melius perspicitur vis torius in honesti & inutilis, & mali, quam ex nudis Philosophiae præceptis institutisque, velut inter mortuis. Nam primū ex Iliade, quid in Paride & popularibus adulterij, quid etiam in Achillis & Agamemnonis implacabilibus iracundijs & stultitia fugiendum sit, qui causis, adiunctis & paribus describuntur, clare & perspicue intelligitur, quomodo, inquam, Paris grauiissimo, impotentissimoque alienæ vxoris amore percussus teneatur: nec minus hi duo capitali æstu irarum & stultitiae, altero feruere videantur.

2. Deinde ex ratione distributionis de prudentia & honestate, & utilitate, sicut de stultitia, turpitudine & ignavia agit, quorum effigiem in exemplis Vlyssis & sociorum expresit, & in Odyssaea descriptis: quod noster Poeta hinc gregie ac breuiter repetit in decriptione Vlyssis & sociorum ex adiunctis & effectis, quam scribit ducem, summa prudentia, continentia, maximaque militaris disciplinae scientia instructum, incredibili tolerancia laborum, quibus nunquam cef-<sup>s</sup>it, munitum & leptum contra omnem vim fortunæ, acerrimo studio, vigilantiâ, solertiâ mirificâ in explorandis vrbiis propugnaculis, & ingenij hominum perspicendi: denique in præternitendis voluptatibus continentissimum, temperantisimumque fuisse: contrâ socios plane stultos, intemperantes & ignavos, a quibus sumenda sunt exempla sententiae Platonianæ, *εἰς λαναρά οὐδὲ περὶ τὴν θεοποιεῖν λαναρά, qui μάλι-  
γην εἰσαν καλεῖν πολὺ περιποτασθεῖσαι, quia προσέτοι εἰς νο-  
μίνες καπιοῦνται, περὶ πιστεῖς ἀναμόνη, μετεργετικούνται μο-  
ρες αἱ ἵλεεβραι, quæ ταῦτα Σιρενούν αδυμβραντούνται,* ante Platonicam a Salomone capite 5. Proverb. vers. 3. sic vere per cohortationem sapientiae describitur, *Quamvis siuum silent labia extranea, id est, metericis, ut expolui. nus Ode 11. lib. 2. ad vocem scortum, ac mollius oleo stiller palatum eius: attamen post eius amarum est, ut absinthium: acutum, ut glauco bipennis. Hæc sunt viua doctrinæ moralis exempla ex Homero doctore de prompta, ad cuius normam suadet Poeta vitam & mores hominum effingi & conformari debere, ut illi honesta & iusta colant & experant: his autem contraria detestentur & fugiant, quæ causa fuit Alcidamæ Eleati Philosopho & discipulo Gorgiæ Leontini, cur Philosophi in appellari tli. adem valum & sessam legum & Odysseam pulcherrimum vita humana speculum, ut refert Aristoteles libro tertio capite tertio, Rhetor. ad*

Theodor. de frigidis transationibus, *τὰς ὁλοκλήψας τὰς φιλοσοφίας ἐπιτέχουσα τῶν νέων τὰς τὰς οὐδοσίας, λαλῶν αὐθεωτικῶν λέξεων προφέποντας. Hæc autem syllogisticos possunt hic collocari & iudicari: si Vlysses bibet pocula Circes, versus fuisse in sedam bestiam: at non est mutatus in bestiam, non igitur pocula Circes bibit. Assumptio præcessit, quum eum dixit inuictum se præstisile in illis repudiandis. Vir igitur sanæ & integramenti permanxit. Bibit quidem, ut ait Homerus, sed in eum nihil valuerunt antipharmaco munitum, ut idem nihil immutatus, quasi non bibisset, remanserit. Itaque Cicero i. de Off. sic de hoc scribit. Quam multa passus est Vlysses in illo errore diurno, quum & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellande sunt) in eruiret, & in omni sermone omnibus, affabilem & iucundum se esse vellet: sed illa seruitus ficit tolerantia contumeliarum a seruis & ancillis, prudenter regebatur inuolucris simulationum, ut ad id, quod cupierat, aliquando perueniret.*

3. Seneca in lib. inscripto, *in sapientem non cadere iniuria* riam, anteponit exemplar Catonis sapientis viri huic Vlyssis, quum de eo sic scribit. Pro ipso quidem fecerum te esse iussi, nullum enim sapientem, nec iniuriam accipere, nec contumeliam posse. Catonem autem certius exemplar sapientis viri nobis deos immortales dedisse, quam Vlyssem & Herculem prioribus sequulis. Hos enim Stoici nostri sapientes priuontiauerunt inuictos laboribus & contemtores voluptatis & victores omnium terrarum. Cato cum feris manus non contulit, quas consecrari venatoris, agrestisq; est: nec monstra igne ac ferro persequebatur est: nec in ea tempora incidit, quibus credi posset cœlum vius humeris inniti excusâ iam credulitate antiquâ, & saeculo ad summam perducto soleritiam. Cum ambitu conges-<sup>s</sup>us, multiformi malo, & cum potentiae immenta cupiditate: quam totus orbis in tres partes diuinus satiare non poterat. Aduersus virtus ciuitatis degenerantis, & pessum suâ mole sidentis itet solus, & cadentem Remp. quantum modo viâ retrahi manus poterat, retinuit: donec vel abruptus vel abstractus comitem sed insulstante ruinæ dedidit: simulque exitu sua sunt, quæ nefas erat diuidi: neque Cato post libertatem vixit, nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse a populo: quod aut prætoram illi detraxit, aut togam? quod sacrum illud caput purgamentis oris aspersit? Tutus est sapiens nec vlla affici aut iniuriâ aut contumeliâ potest. Hanc autem quæstionem Plato in Apologia & lib. 7. de Rep. tractauit, & Lucretius lib. 5. ita Herculem cum Epicuro, ut hic Catonem cum Hercule videtur contulisse. Tertius dissimiliis moribus sociorum Vlysseorum: quod ut clari apparet, sic dispono: *Qui se damnosa libidini, non ratione, trahunt regendos, ut fecerunt socii Vlyssi, bi vitys & omni de-  
care infames viuunt, ac misere tandem peribunt: Nos (inquit Poeta de Romanis) ut illi, ocy, libidini seruimus, & b. anais voluptatibus perflamus: Itaq; cum ignominia & dedecore tandem moriemur, ut illi, ocy mortui, sint misere. Huic cer-  
te demonstrationi satis quidem fuisse subditis Arisotote-  
lica: Qui intemperanter & libidinose viuunt, misere ac tur-  
piter morientur, ut socii Vlyssi. Præterea hæc allumatio,  
quæ poterat simpliciter enunciari: nos sequimur libidi-  
nem, non rationem, amplificatur adiunctis & dupliciti si-  
militudine, quod Poeta & ipsius aequales sunt abiecti: & riles,  
soli abdomini nat: genus hominum inertissimum & desidiosissimum, qualem le Achilles profitetur Thetidi matri*

*Sed apud naues sedeo inuile pondus terra: quale fuit etiam illud porcorum erga Penelopem; qualis eti-  
tuit*

fuit populis Regis Phœacū, omni genere deliciarum & voluptatum luxurians. Iam aggreditur dehortari, huiuscmodi intemperantes, & stultos homines a suis vitijs ad temperantiam & sapientiam: ad quod virtus primum collatione minorum. Latrones vigilant in perniciem aliorum: Quid tu igitur es minus vigilans in tua saltem? imdvero si diligenter custos tua salutis. Hæc comparatio mirè est implicata. Videtur enim primâ fronte diuerso fine constare: deinde ex aduersis: sed quia ratio comparatorum videtur hic dominari, illam sequimur, quamquam protasis atque apodosis separatim considera: & declarantur suo fine & aduersa verborum notione, ingulare & seruare, vbi præterea studiosus Dialecticæ lector notabit Categoriam comparatoriū pendere e locis primorum argumentorum.

5. Confirmatio est apodolews ex adiunctis incommodis, id est, attamen si, dum non es planè vitijs contaminatus, non curaueris lectione Philosophorum librorum perturbationibus praus mederi: serius voles grauiſſime agrotans id tentare: neque etiam istud facies sine grauiſſimo vita periculo.

6. Vrget hominem mox male afficiendum ad maturam curationem animi comparatione minorum: si recentibus morbis corporis summâ festinatione medicinam facis, multò citius est tibi animus curandus, nec illius curatio in aliud tempus reijienda. Videretur quibusdam hoc etiam comparatum esse e maioribus: veūm si illi mecum animaduertant sanationem animi esse hic in quaſtione, vt rem maiorem, & curationem corporis, vt rem minorem, sumi pro arguento ad illud, maius probandum aliter sentient. Quanquam autem non ignoramus corpus animi gubernaculo, ac vicissim animum corporis ministerio indigere, vt neutrum, si affectum fuerit, recte suo possit fungi officio: priorem tamen hominis curam particula diuinæ auctæ, & moles terreni corporis posteriorem requirit.

7. Hæc trita & communis sententia ponitur, vt mihi videtur, pro arguento assumto cohortationis ad superandam difficultatem operis aggrediendi. Itaque subiecta est his, Aude sapere & incipe: quia cœpisse est dimidium facti.

8. Tarditatem & procrastinationem metancæ & mutandæ mentis arguit similibus: quod qui differt flidum sapientia, quod solitus fuerit negotijs omnibus, que in vita solent alijs alia succedere, simulcer insanit, neque is, qui stulte exspectat fluminis transitum, donec totus defluixerit.

9. Docet quatenus progrediendum sit in rebus quærendis e triplici illarum distributione, pecunia, vxoris facunde, & agri noualibus aucti: quorum quum tu paraueris tantum & tale, quantum & quale satis sit ad uitum & culum vite, fac operandi finem nihil quærendo amplius.

10. Confirmatur modus quærendi iam definitus e negata trium bonorum facultate ad mentes possessorum curis & cupiditatibus per magnum aceruum leuandis.

11. Ratio recte perfruendi rebus quæritis, vt saluberrima medicina proponitur ex adiuncta mentis sanitatem, quæ præcipue cernitur in liberatione & vacuitate perturbationum, id est, in animi tranquillitate & securitate, quod tractatur a Plutarcho libel. περὶ σούσιας minorum contentionē: οὐδὲν ἄτε δινέα πολυπλούτης ἄτε χρυσίας τάλαθος, ὃτε δεξιωματούστε μεγάλος αρχαῖς, ὃ λόγος χαρεῖς & elevōtes σύδιαν περέχεισθε ηγελινούς τοσάντων, ὅτι λύχην λειχεψίσσων περγυμάτων λιαν βαλσαμάτων πονηρῶν, λιαν τε βίστην πυγήν τὸν ἄδειον κατερχεφετεύστα λιαν διάστον. Itaq; neque domus magnifica, neq; aut copia, neq; generu dignitas,

neque amplitudo imperij, non dicendi gracia, non virtus præstat vita tantam serenitatem & tranquillitatem, quantum animus à negotijs, consilijsq; prauis purus & vacuus: atque preditus tranquillus & immaculatus moribus, vnde fons vita manet.

12. Imbecillitas superiorum bonorum illustratur similitudine, cuius protasis est triplex sic enuncianda ordine recto: Quemadmodum tabula, pīcta iuuante loppum, fomenta podagricum, musica putres & dolentes aures ad tempus leniunt, non autem sanant: sic diuitia suos possessores cupiditaribus, alijsq; perturbationibus concitatos, aliquantis peruident iuuare, sed reuera excruciare vehementius solent.

13. Conficit ex argumentis antecedentibus frangendas esse tales cupiditates, aut certè consilij gubernatione regendas, quod idem confirmat ex incommodis adiunctis: quæ videntur obscura similitudine pronunciari, vt vas impurum & vitiosè imbutum prius liquore corruptum facile, quicquid boni succi postea infuderū: sic animus praus affectibus sollicitatus & inopem & mendicum præstitit, vt socerum suum Demetrium varijs iam casibus afflictum vexaret: vnde illud Platonis monitum existit quām verissimum, ne quis fortunas augeat, sed frangat, si verè diues esse, & haberí velit, insatiabilem cupiditatem: quām habendi sīrim, qui non restinguat, is ne paupertate, nec inopiā solitus esse potest.

14. Altera est perturbatio, quæ definitione sic primum declaratur a Plutarcho libello περὶ πολυπλούτου, de curiositate: φέροντες γένεται λατρεῖαν ἀλλοτέροις & γάροις inuidia est dolor de bonis alienis. Alius est affectus ex oppositis, huic tamen affinis, ἐπιχειροποιεῖσθαι οὐδὲν ἐπιλαβόντες, ἀμφότερα ἐν πάλει αντιμέτρεισθαι θυμῷ διαταραχας. Sed epicherecacia est voluptas e malis alieni, atq; utrumq; prodij ex immanni effectu malitia ferino. Deinde a Latinis: Inuidia est de bonis alienis acceptus dolor. (de quo in Gramm. Sat. 3. lib. 2.) qui testimonij Phalaridis & Dionysij regum confirmatur: duplicitamen minorum collatione pronunciatis, quod grauiſſima quaque tormenta à tyrannis Siculus inuenta cruciatim acerbitate supereret: quod pertinet hoc elegiacum e Græco factum Latinum & a Diuo Hieronymo citatum:

Inuidia nihil est, qua protinus ipsum  
Auctorem rodit, discruciatq; animum.

Quod depromptū ex Aiace Soph. περὶ τὸν ἔχοντα φέροντες, inuidia serpit ad sui authorem, nō autem cui conflata est, qui semper est vir bonus, malum enim ipsaque dignum præterire solet: vt Pind. ait Νεκρ. εἰδ. η τροφ. οὐ πεισθεῖσθαι διδάσκειν τοῦτο εἶδεν. appetit autem semper bonos, nec cum deterioribus contendit.

15. Alia perturbatio definitur e genere furoris, ac præterea ex iphiis effectis, penitentia & pudore, quorum insigne habetur exemplum apud Lucam cap. 16. Act. Apoll. de magistratu Philippenium, qui repente in ira impetu Paulum & Sylam indictā causā pabulōis η μετριζούσαν λατρεὺσθανεῖσθαι εἰς φυλακήν, virginis & flagris casos conicit in carcerem: cuius facti postridie vehementer eum puduit ac penituit: deinde dupli similitudine indomiti equi & canis venatici illustratur: ita est

ira est cupiditas vindictæ, quæ dat multa suis dominis & solis mala, ut indomitus equus & canis: itaque illa, ut he-  
mature domanda & comprimanda est. Sed fuisus defi-  
nitur ab Arist. 2. Rhet. iō

īō οὐδὲν ὅργην ὅρεξ μετὰ λαπτὸς τι-  
μωντος φαινεῖν διὰ ταυτούτων οὐδὲν εἰς αὐτὸν, οὐ εἰς  
αὐτὴν πινακίνοντα. Ita ergo sit cupiditas cum dolore  
equus puniendi, d. quo pœna videatur sumi posse propter  
manifestam contentionem, quam in nos, vel in nostrum  
aliquem commisisti sine aliqua causa. Sed adversus tam  
indomitam, effrenatam & præcipitem animi cupidi-  
tatem pete remedia e Plutarch. in lib. mēz ἀρετοῦ.

16. Adhuc docuit virtutis declinationem tuum exemplis  
tum præceptis, licet etiam aliquid de doctrina virtutis  
promiscue traditum sit; nunc adolescentem Lollium  
ad studium sapientiae mature excolendumhorta-  
tur, idque simili: quod, ut recentissima queque testa est  
primi odoris tenacissima; sic adolescentis ratiōnē ταῦτα  
ταῦτα οὐτὸς τῆς ἀλικίας, οὐ ταῦτα οὐδὲν vno verbo  
sic, inquam, illi a teneris honeste eruditus, puerilis  
disciplina tenacissimus futurus est. Similis est admonitio  
Chremetis ad filium Chliphonem in Heaut. Act. 1.

## Enarratio Grammatica.

**A**D Lollium.] Edocto commentario. Justi Li-  
psi in li. 12. Annal. Cornelii Taciti scimus, duos  
fuisse Lollios, patrem sub Augusto qui mode-  
rator Caii Cæsariorum darus est: filium virum consularem,  
cujus quando consulatus fuerit, ignoratur cui filia  
Lolla Paullina fuit, eaque in certamen conjugicum  
Julia Agrippina oblata est, fautoribus vtriusque para-  
tis ad commendandam certatum formam earundem  
Claudio, ultra ipsi nuberet. Quod autem quidam  
existimant hunc Lollium, cuius nomini hæc Epistola  
inscribitur, esse eum, cui etiam decantata est Od. 9.  
I. 4. vnde facile cognoscas, quām vere hic maximus  
vocetur, eundemque appellant M. Lollium ordinis  
consularis, fortassis is est filius, de quo Paternulus lib.  
posteriori, accepta in Germania clade sub legato Marc.  
Lollo, homine in omnia pecunia, quām recte faciendi  
eupidiore & inter summam vitorum dissimulationem  
vitiosissimo. De eodem etiam, ut puto, sic Plin. I. 9. c.  
35. hoc fuit, quare M. Lollius infamatus regum mun-  
ribus, in toto Oriente interdicta amicitia a Cajo Cæsare  
Augusti filio venenum biberet. Meminit ejusdem Suet.  
in Tiber. cap. 12. Nämque prævignum Cajum Orienti  
præpositum, quum visendi gratia recessisset Samum, a-  
lieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lolly comitis  
& rectoris ejus. Hujus etiam meminit C. Pedo Albi-  
novanus in Elegia in obitum Mæcenatis Poematis  
Maronis annumerata, ut dicetur Epistolæ 7. sequenti.  
Est præterea etiam alter, ad quem Epist. 18. hujus libri  
scripta est, ejusdem nominis, sed prænomine et cogno-  
nomine diversis aff. Etus. Hic enim appellatur sæpe Scæ-  
va Lollius eques Romanus. Si quatamen hujus diver-  
sitatibus conjectura facienda est ex epithetis, hæc magni-  
tudo, quæ hic tribuitur Lollo, aptissime convenit ar-  
gumento nonæ Od. I. 4. ubi Poeta pellicetur se maxi-  
mam ejus prudentiam, æquitatem, constantiam suis  
versibus ab oblivione vindicaturam: cui repugnare  
videtur argumentum Epistolæ 18. quæ sit cohortatio  
ad recte munus amicorumque vñdendum, & ad mores sce-  
nicos & scuriles jocosin amicitia declinandum: quo-  
rum speciem hic Scæva Lollius solebat præbere,

Dum tu declamus] Ex hoc quoque verbo nonnulli  
judicant, Lollium adhuc in eloquentiayronem & ru-  
dem fuisse: quam sumta virili togâ in foro adoles-  
centes auspocabantur, & ingenij exercendi, acuendi-  
que causâ in homines aliquo crimine notatos oratio-  
nib[us] Romæ olim in vñchi solebant. Verbum declaman-

Sc. 2. Verum ubi anienus semel se cupiditate devinxid  
mala necesse est, Chliphon, consilia consequi consimili.  
Hoc scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex  
usu fiet. Nam ejus animus in re mala semel est corru-  
ptus, inde sit pejor, ait ibi Donatus.

17. Ad extremum e genere disparatorum videtur  
Poeta liber a iter, non ambitiose, instituere certamen  
studij Philosophici cum Lolio hac lege & condicio-  
ne, ut si hic segnius in illud incubauerit: ipse tamen u-  
num & eundem instituti tenorem peracturus sit: contra  
si idem majoris in sapientia profectus ipso fecerit, eam-  
dem studij aquaribilitatem p[ro]sperentur semper. Inge-  
nia enim hominum alia alijs sunt promptiora vel tar-  
diora: sed qualicunque ipse fuerit ingenio præditus,  
medium inter tarditatem & celeritatem tenebit in hac  
studiorum ratione. Non sum tamen immemor, hunc  
locum fuisse in breviori illa Analyti explicatum com-  
paratè, sicut potest: sed præstat id fieri disparatè con-  
sideratà dissensione cursuræ tardæ, mediae & celeris  
conjunctè, non comparatione ejusdem in quantitate  
majori vel minori.

diabit in confuetudinem palam maledicendi, & de  
fama detrahendi aliena, ut epist. I. 11. 3. Fam ad App.  
Pulch. Reperio tamen declamandi ulum etiam vñis  
constantis atatis tributum ut Cic. Tus. 1. ut enim an-  
te declamitabam causam, quod nemo mediū ius fecit: sic  
h[oc] mihi nunc senila est declamatio, in qua studiosè tra-  
enda causam accipe ex Epist. 18. lib. 9. cur eleborarit  
amissio regno forensi, ludum quasi habere cœpi, ubi do c-  
operam, ut ipse melior famam primum valetudine, qu[m] in  
intermissis exercitationibus amiseram: deinde psallia, si que  
fuit in me facultas orationis, nisi me ad hanc exercitationes  
rerumsem, exaruisse: quale genus studii significatur E-  
pist. 33. lib. 7. Quod declamationibus nostris care, damni  
mibi facit: quod Hurtio invidenter, n[on] si enim amares: non e-  
rat causa invidendi, nisi forte ipius eloquentie mavis,  
quam quod me audiret, invidere. Et. Quod si hæc tria ad  
vnum & eundem pertinet, diversis ætatibus Lollo, quæ  
sæpius in varios mores inducunt homines, scripta sit,  
necesse est, & hic sub fine apellatur:

— & nunc adhibe puro pectori verba puer.

Relegi.] Quod Græce etiam dici potest, ἄνθετόντων οὐ  
ἴριλλαντανού ταῖς τοῦ Οὐρανοῦ ταῖς περὶ πολὺς Τρωίας  
relegi studiose libros Homeri de bello Troiano: coiustmodi  
fortasse Lucian. memorat ἐγώ μεν ἡραρχίαν, οὐδὲ ἐλέγετο κα-  
λῶ ταῦτα. Ego quidē audiēbam, ille vero recitabat pul-  
crapoemata. Crebra Homericæ scripturæ repetitio, ac  
diligens pertractatio hoc verbo significatur: vnde religio  
nomen ductū habet, quū quæ ad Deorū cultum perti-  
nerent, similiter studio & cura relegentur. Cic. 2. de nat.  
Deo. De Præste oppido Latii, & ratione nominis dictū  
est in Gramm. Od. 4. l. 5. ad Callip.

Quid sit pulcrum.] Sūma philosophiæ moralis capita his  
vocabus proponuntur quæ Gæcis sunt, οὐ τοιχὸν, οὐ δι-  
ζὸν, οὐ χειρόν, οὐ ἀργεῖον, οὐ βραχεῖον. ad quæ Cicero videtur  
officia revocare omnia. Ad hanc Declamādi rationē Se-  
neca jam senex, memoria debilitata te retulit ingratia  
suoru liberoru, de qua lege p[ro]emiu controverserat. Sed  
τοιχὸν, quod est honestū, nō solū est naturā bonū verū  
etiam ipso usu, cuius posterioris modi tantū est τοιχὸν aliorū.

Plenius, &c.] Alias legitur pleniu. De Chrysippo repe-  
te, qd' dictum est in Grammaticis Sat. 3. li. 1. & 3. l. 2. Cræ-  
tor autē e lib. 3. de Oratore fuit discipulus Xenocratis,  
& hic Platonis in Academia: sic enim ibi Crætus: Nam  
Spensippus & Latoius fororus filius, & Xenocrates, qui Plato-  
nem audierat & qui Xenocrate, Polemo & Crætor nihil ab  
Aristotele, qui una audierat Platone, magnopere diffinit.

Copìa fortasse & varietate dicendi pares non fuerunt : de quo vide Diog. Laert. & z. Tusc. & y de Fin.  
Audi ] Accipe rationem mei judic j de præstantia scriptorum Homeri supra libros Philosophorum, si non es alij negotijs impeditus.

*Fabula* [ Hanc Græci μῦθον vocant, definiuntque  
τὸν μὲν ἀργεῖν τὸ διανόητον, εἰδούσα τὸν λόγον, orationem quidem  
falsam, sed vero similem. Usurpatur tamen a Latinis  
pro quolibet genere Poetici scripti, sive sit epopeia,  
sive comœdia, sive tragœdia, sive quid aliud, ut a  
Græcis μῦθος, ή θέατρον, ut Commœdia definitur fabu-  
la : similiter Tragœdia, sit fabula ή μῦθος ή θέατρον.  
Quum igitur Poeta dicit, *Fabula continet æstus*, do-  
cet in Iliade & Odyssea non quidem præcepta tradi-  
de honestate & de turpitudine : sed exempla utrius-  
que supponi. Syntaxis autem verborum est, fabula,  
in qua Græcia lento collisa bello Trojano, narratur  
propter amorem Paridis, continet æstus, id est, ferinos  
motus, stultorum regum & populorum perturbatio-  
nes.

*Duell.*] Duellum definitur a Festo bellum, quo  
duæ partes inter se contendunt de victoria. Hinc  
perduellis & perduellio, qui pertinaciter bellum reti-  
net, qui est Varroni hostis. Cic. lib. de Perfecto orat.  
scribit antiquitus duellum, duis, ut Festus duonum,  
nominata, pro, bellum, bis & bonum.

*Collata.*] Accisa, attrita, afflita longo bello: quod quamvis hic duellum dicatur, non tamen *μορφα*, id est, singulari certamine confectum est, quum illic cæteræ gentes, velut omnes amnes in Oceanum, confluxerint, auxilium alterutri ferentes. Hic Agamemnon, Achilles, Ajax, Hector & alij Duces appellantur stulti, ut populitam Græci quam Troiani.

*Populorum continet.]* potest hic notari *xγνεφάτον*, ut Setvius notavit in verl. Aeneid. 1.

*Corpora fundat humi, & numerum cum navibus e-  
quæt. cacephaton est in sermone, ait. nam post syllabam rum, sequitur cum: sic hoc loco r̄um subne-  
ctitur r̄ con. Est autem cacephaton, quum in structu-  
ra vocum sequens ejusdem soni ab ea syllaba incipit, 4°  
in quam proximè antecedens delierat, ut *Dorica ca-  
stra, & Glanca canentia*. Fab. Quintil. libro 8. cap. 3.  
vocat *xanthodæm* & definit aliter, sed parum enodat.*

*Barbarus.*] Hinc perspicimus ingenium omnium  
omnino hominum ita comparatum, ut ceteros pu- 45  
tent præ se omni humanitate rerumque scientia spo-  
liatos. Sic Judæi ceteros populos dicebant τὰ Ἰου-  
genses & peregrinos, & inter hos, Orientales voca-  
bant populos trium aliorum cardinum barbaros, &  
hi vicissim illos simili contumeliam nominis notabant, 50  
& inter se singuli singulos: præcipue tamen Græci  
nomine Barbaræ inter reliquos totius orbis populos,  
quos a se discludebant, Persas & Medos intelligebant:  
vnde Thales apud Laertium dicitur Fortunæ gratias  
egisse, quod nec mulier, nec bellua, nec barbarus 55  
natus fuisset, sed Græcus: quod est hic contractum  
ad Phryges. Plato sub initium Politici in persona ho-  
spitis reprehendit hanc distribuendi rationem gene-  
ris humani, ut alterum sit Hellenicum, alterum Bar-  
baricum, atque illud constituerit unum genus a reli-  
quis omnibus secretum: ceterorum autem hominum 60  
genera, quæ propè infinita sunt, moribus, institutis,  
ac sermone inter se differentia, Barbari nomine de-  
signarentur. Origo autem vocis *Barbarus* ducenda  
est e lib. 14. Strabonis, ubi dicitur efficta. κατ' ὄνομα-  
τοποῖαν γε αὐτημένην τῷ Ἐλλων, ἀλλὰ διὸ βέλπον τὰ τῷ  
Γεωγραφῳ πολλαζότερων, εἰς ὀδηγίσω, Barbarum opponi Greco- 65  
sed certe prestat longam Geographiorationem paucis re-

*ferri, quo modo Eustach.* *Lia. s. ad vers. xiiij.*

Nāsēn dū Kāpōn iñ nōzōla Bābārōzōnōw  
complexus est, ódē Γιούραζ<sup>ο</sup> πατεσμένται, ὅπερ τοι  
τῶν ἔθνων, μόνος τὸς Κάρας Bābārōzōnōw ὁ Πομπῆς ἔπει, οὐ-  
πολογοῦν δὲ αὐτὸς τὸν τοιωτόν κλίσιν. Λέγετο δὲ, ὅτι τὸ βάζοντος  
ἔσφραγίη πάς αρχής γένεται τὸ μυστικόν καὶ σπλαγχνόν καὶ γραχόν  
καλύπτοντον, ὥσκη τὸ βαταεῖσθαι τὸ γραυλίσσεν, τὸ γέννη-  
τοκούμντον, ἐντὸντον Bābārōzōnōw λεγομένον. ἐπειδὴ καὶ ὅλη  
οἱ Κάρες ἀπλανθήσαντι τὸν Ελλάδα μηδὲ στρατόπολες καὶ ἡγε-  
ρούσαι, πυκνόν λιμὴν ἔπειται, τὸ Bābārōzōnōw, καὶ Bābārōzōnōw  
ἐκένθετο ἐλέγετο, τὸ οὖτον Kākēm. ἐντὸντον τὸν κατεχόντο με-  
θα ἐθνικὸν ὑπόμνημα, αὐτοτιμήντες Bābārōzōnōw τοῦτος "Ελλίνως. Οὐχ"  
ἐπί διὰ ταχιστούς καὶ ἀρισταντικῶν ὄργανων, ἀλλὰ κατὰ  
διαδέκτων αἰουσιούτα, τούτων δὲ λιμὴν τέτο, Θεούδης οὐτί<sup>ο</sup>  
ἢ φοι μὴ λέγεται Bābārōzōnōw διὰ τοῦτο μηδὲ "Ελλίνως" τοῦτο εἰς τὸ ἀποκε-  
ρίδιον αὔπεπλον ἔργον: Geographus illo annotat e tot  
gentibus Græcia (que ad bellum Trojanum fuerant pro-  
fectæ) Poeta solos Cares vocavit crassilingues, reddens  
talem vocis rationem: quid initio sit enunciata de his,  
qui difficulter & agre, durister & asperè loquebantur, ut  
balbutire & blesè loqui. Asperè igitur loquentes dicun-  
tur barbarè loqui. Quoniam autem Cares Vagarentur  
per totam Græciam, ere alieno merentes & ignoti, erat in  
ipsorum lingua quid pingue & asperum: unde factum est  
verbum barbarissare, ac huic simile Carissare. Inde, ait,  
sumus abusi Ethnico & communi nomine, distinguentes  
ex opposito Barbaros a Græciis: non amplius propter pin-  
guem & asperam oris pronuntiationem, & ineptum vo-  
calium instrumentorum habitum, sed propter dissimili-  
tudinem dialectorum & formularum loquendi: hoc autem  
non fuerat ante Thucydidess enim ait Barbaros non tum  
dici, quia Græci nondum in unum nomen adversum dis-  
juncti fuerant Tauri δὲ εὐρωπα, istud autem lingue  
vitum ad improbitatem morum sic translatum fuit,  
ut tam Græcè, quam Latinè τὸ barbarus sumtum sit  
postea pro ignaro, fero & inhumano, idque de perso-  
na, atque de re: ad quod videtur respexisse Scholia-  
stes Aristoph. in Avib. ad vers.

*Ἐγὼ τοι αὐτὸς Βασίλεας ὄντας πέπει τόπῳ*

<sup>3</sup> Εδίδαξε την εργασία, ξεκάνων πολλών γέροντος.

*Nam ego ipsis, quum prius essent imperiti  
loquendi,*

*Lingnam formavi, diu familiaritate ipsorum  
usus.*

τὸν βαρεῖσθαι, αὐτὸν τὸν ἀντίκονος αὐθέωπον καὶ μὴ εἰδότας  
αὐτὸν φαίνει. Ita profectò D. Paullum i. ad Corinth. cap.  
14. v. 11. accepisse puto, οὐδὲν μὲν εἰδὼν τὸν θυμάριν  
φανῆν, ἔσομαι τῷ λαλεῖντι βίβλῳ<sup>Θ</sup>, καὶ ὁ λαλῶν, εἰ δημοσίᾳ  
γεγόνει.

*Antenor.] Quod ita Græcè interpreteris, 'Αντενόρος  
φοιτητὸς τοῦ παντούργου ἀσπόλυτον ἐκπονοῦσαν. Hoc autem  
Antenoris consilium de reddenda Græcis Helenale-  
gitur sub finem Iliad. n. ad hos versus:*

ΔΔΤ' ἀγετά Αρχέσιον Ἐλέυθερον κλίματον ἀμέριον

Δέομεν Αγρέι μηπν ἀζεν νυν δὲ ὥρκια τείσαι

Ψδομένοι μαχόμεσσα. τῷ διάπολης καρδιῶν οὐδὲ

<sup>2</sup> Ελπομε τητελεσται, πα μη ρεξομεν αδε.

*Agite Trojani Argivam Helenam,* &

*lit bona,* *ad illam non venientem* *nun-*

*Reddamus Atridis, ut reverant, num*

*perfidie* *rum nibil fuisse quod*

*Pugnamus. Itaque nō illū spero, quæa*

*futurum fit.*

*Perfectum iri: si non sequemur hoc in-*

*linum.*  
Enchanted in bungs locum magis

Eustathius in hunc locum magis a  
videnti consalentis quam equi

*lij timiditati coniumentis, quam aqua  
f. f. f. schulerum: Quum Ante*

*n est sensus Icholorum: Quam*

Videtur Eustathius in hunc locum magis tribuere id  
consilij timiditati consulentis, quam æquitati. Hic  
autem est sensus scholiorum: Quum Antenor Tro-  
janus

janus, & publicus hospes Græcorum, qui venerant repetitum Helenam, intellexisset ab illis, ut verisimile est, egregiam Ajacis fortitudinem adversus Hectorum, metuens inde universæ civitati, justissimum dat hoc consilium suis civibus: quod Alexander, ut ab homine mentis malè-fanæ profectum, repudiavit: nec desunt tamen, qui propter hospitium Legatorum (sicut canit Pindarus *ad E. a. n. p. k. l. id. T. v.*)

— χοῖς ταῦ  
χελλοχάρια ξύνι  
Τροῖς Ἀντερίδαι  
— quam urbem Cyrenam habitant

Troes Antenoride armis

Gaudentes & Græcorum hospites.)

suscipientur de illius prodictione. Hoc Servius annotat in vers. Aeneid. 2. *instar montis*: alij dicunt portam quam illis aperuit Antenor, equum pictum habuisse, vel Antenoris domum, &c. quam simulatione talis consilii quamlibet utilis callide texit. Hujus meminit Ovid. 4. Fast.

*Adjice Trojanum suaserem Antenor a pacis.*

Precidere.] Pro hoc Plaut. occasionem belli opprimere. Gal. *Oster entierement l'occasion de la guerre.* Dicitur etiam detrahere materiam belli.

*Quid Parte.] Nempe censem?*

Ut *salvus*.] Hic arbitror Poëtam voluisse consulto Hellenismum Homeri exprimere, qui est in hemistichioversus quarti nunc primum citati, μη μὴ πέσουσιν ὅσι. ubi Scholiastes monet his verbis: αὐτὸν τὸν, εἰπὼν μὴ πέσουσιν τὸν σωτῆρον θεόν αὐτὸν οὐδὲ οὐκ εἰληπτοῦσι τὸν τρεπεσθέντα, pro si non stat faciemus: convolutione enim est summa pro alia convolutione, quemadmodum etiam prius declaratum est. Sicigitur interpretor, ut *salvus* regnet, pro, si *salvus* regnet, & beatus vivat Paris, dicit se non facile passurum, ut Helena sibi vi eripiatur, & Græcis reddatur, quæ sententia videtur anteponenda ei, que τὸ (ut) interpretatur τελεῖν.

Nestor.] Quomodo Nestor jam trisecli senex (ut Nævius dicitur ab Agellio loquutus) auctor fuerit pacis, concordiae & compositionis inter Agamemnonem & Achillem libro a. Iliad. explicatur. Quò autem ejus suasio majorem auctoritatem haberet, & conciliandis fidem ficeret, illic memoratur, quemadmodum olim summi clari simique Principes, si quaforte inter eos orta fuisset lis, rixa & controversia, hujus summam ad ipsius arbitrium & consilium referabant:

Καὶ μὲν μὲν βαλέαν ξυλον, πειθόντο τε μέθῳ.

Ἄλλα τε δέ τινας καὶ μέμνεται στρατον,

Atque mea (inquit) consilia intellexerunt, & verbis paruerunt.

Vos quoque parete, quum magis utrique sit pro futurum.

Μήδεαν τὸν δι' ἀγαθὸς-τερες λόν ἀποδίπει κέρπω  
Αλλ' εἴ τοι πρῶτα πλουτού γέραις ήτες Αχαιῶν  
Μήδεαν Πλατεῖδες εἴδετες εἶπεν Κασσάνη.

Neque tu Agamemnon fiduciā tuā potentia ab hoc abripias puellam:

Sed si nata hunc sic premio frui, ut initio Achivi illud dederant.

Tuque, o Achilles, noli concertare cum Rege vi contraria:

ita voluit vir sapientia & ætate gravis hac compositione & Græciæ luctum & ægritudinem abstergere, & exultantem Trojæ lætitiam propter tales dissensionem comprimere.

Componere.] Sic Palæmon Virgilianus in compositione certaminis musici inter Dametam & Menalcam loquutus est:

*Non: nostrum inter vestram compone lites.*

ubi obiter te admoneo, Lector, de distinctione tali, qualem vides affixam, ut sententia requirit. Non, est *vestrum*, supple, sed nostrum decidere istam controversiam, sicut Ramus in prælectionibus annotavit, Servium sequuntur. Idē autem sic interrupte expousit, quod Palæmon videret certantes pastores occupare judicis partes: alij tamen legunt, continuato sermone, quod Palæmon viibus ingenii patum confusus, recusaret arbitrium decisionis, ac munus de cantu meliori vniuersque judicandi: sed hic sensus mihi parum videtur convenire cum superiori instituto:

*Incipe Dameta, tu deinde sequere Menalca.*

*Alternis dicitur: amant alterna Camene.*

Pro hac Phrasit dicitur etiam dirimere lites & controversias dijudicare. Atrides & Pelides sunt patronymica ab Atreo & Peleo patribus deflexa.

*Hunc amor.*] Agamemnon quidem flagrabit amore & ira: sed Achilles posteriore tantum perturbatione commovebatur.

*Quidquid delirant.*] Simplex hujus verbi est *lirare*, quod est usq[ue]dāναν διάνειν ὥρας ή τοις ἄνθεσιν ζεδοῖς ή τοις ἄγρον διακένειν. i. rectos ducere sulcos, aut agrum rectis discriminare sulcis. Columella autem lib. 11. cap. 2. & 3. scribit liram idem esse, quod porcam, id est, terram inter duos sulcos elatam Lyras ait, rustici vocant eisdem portas: quum sic aratum est, ut inter duos Latuos distantes sulcos medius cumulus siccum sedem frumentis prabeat. Plinius quoq[ue] lib. 18. c. 20. sic docet, quid sit lirare, a ratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, cratæ vel rastros, & sato semine terato. Hec quoq[ue] ubi consuetudo patitur, cratæ dentata, veltabula arattro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina unde primum, id est propriæ & nativæ significatione appellata est deliratio. Hoc Græce dici potest, ο παν ἀπολησεν οι φειδιοις, πάντοτε τοις Αχαιοις, οτοι τη πιονεμάτων δέσιοις, οι διηπειάτων έπιτοποιού μετοχι, si pœnis digni, ut participes maleficiorum magna ex parte fuerint. Cur autem fiat, legescholia in Iliad. a. ubi disputatur initio, haec quæstio διά πόλεις, ε κατα Αγαμέμνονος νούχετο τοις ιερούς οι αἵτοις, άλλα κατα ταύτων Επιλογα.

*Pl. etiuntur.*] De hac pœna, quam populus luit alieni peccati, vide enarrationem Od. 6. l. 2. Hoc autem verbum videtur factum e Græco μίσθιο, percusio, vnde μίσθιο, plaga & ictus, & accommodari saepe ad offensiones & clades, quæ in proelio accipiuntur, quales hic memorantur, ut lib. Thucyd. 2. πολεις ταῖς τοις μάχης κατηγόροις: qui in multis ante præliis clade confrixerant: qui a voce esté battus & deffacti in plusieurs rencontres. Hic versus est interpretatio hujus apud Hesiod. in Operibus & diebus:

"Οφέλονται διῆμοι οι πάτραις βασικῶν.

*Uti populus luit pœnas ob scelerare regum.*

*Seditione.*] Αμαρτινεται αὐτοτις σφετεροι τοις τοις στοιται καὶ σιδερες τοις διαβαται, η διαστεται τοις τοις στοιται τοις διαβαται πολεις διαβαται. Hanc autem seditionem Cicero πειρεσικως dicit in Orat. pro Sestio popularem concitationem, & discordiam induxerum. Gallice. Ils firent mutiner le camp. Ulysses dolum malum & fraudem confinxit in Palamedem, qui per calumniam falsæ præditionis lapidibus a Græcis obrutus est. Scelerata quoque in Deos, & in ipsorum Sacerdotes, & templis non semel commissa, vel ûm etiam alijs alia cumulata.

*Dolus.*] Ratio hujus vocis repetenda est e notis Gram in Oden 10. lib. 1.

*Sceleræ.*] Ratio hujus vocis videtur petenda ab his Græca κέτλαι, vnde inclinari quibusdam putatur quæ Odys. i. 10. tribuitur Polyphæmo vers. 351.

**S**χέτλε, πάσαντις, &c. & ibi sic ētymologētai ab Eustathio: ὃς οὐ ἔχεται τοῦ χρήστη τῶν αὐτῶν μημάτων σύγκενται, δρίς οὐδαεσσί εἰσιν. ἔχεται μὲν γάρ, οὐ ἔχεται τοῦ τλημόνος χρήστης, οὐ ἔχεται τριθέτη τηλίκων. id est, quamquam hæc duæ voces ex eisdem verbis conjuguntur, inter se tamen differunt: prior enim dicitur Latinæ fluvia, cui autem ac misere quis detinetur affixus: posterior sonat eum quæ oportet improbis laboribus ac miseriis exerceri ωμόν, πυρόν, θνεάτην, ἀγνόμορφον, & λαπίδην usurpatum in crudelibus factis & personis. Alij malunt τὰ σκέλους.

& sceleratus καὶ γάρ τι εἰ τὸ σκελεῖσθαι, τὸ ξειράρεσθαι, ex eo, qd' dignum sit exsiccatione. οὐ σκελετονόμορφος, ut cädaver aridum, & projectū: quod Germani σκελετοτάτας lingvâ exprimunt suā Schelme: de quo amicè monuit me Joannes Obsopæus juvenis peruditus, ac pius. Damnosā præterea bidine Paris notatus est, ut in Dialecticis dictum est, & eodem virtus Agamemnon etiam laboravit, & implacabili irâ, quâ non minùs conflagravit Achilles. Ita utrōque & op-pugnantes & propugnantes communiter improbitatis & infelicitatis convicit. rursus videtur hic ordini servire, ut primū exempla Iliadis apposuerit, deinde Odysseæ.

**E**xemplar Ulyssem. ] Hujus vocis etymum, sicut Achilles habes in Gram. Od. 6. lib. 1. Hoc Greci dicunt φέρετυπον, ή πρωτότυπον, ή αρχέτυπον. Et totam phrasim per ἐκφέρειν χειρόμην δειγμα, καὶ σημεῖον αρτῆν, ή λέγειν απόδειξιν, edere & præbere exemplum. Ita loquitur Cicerio pro Muren. Est illud quidē exemplum tibi propositum domi, sed tamen nature similitudo illius ad te magis, qui ex illo ortus es, quam ad unumquemque nostrum pervenire potuit. Adimitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. Potest hinc observationi discrimen utriusque vocis Grammaticis notatum, & certè peregrinum est. In Odyssea autem exemplar uitæ & morum magis exprimi videtur, quam in Iliae: vel Eustathii iudicio in proemio illius, οὐκοντεργάτης ή Ιλιάς, καὶ τὸ τηλίκων ἔλειται, ή Οδύσσεια: Accommodatio est ad conformatiōnem morum Odyssea, quam ipsa illiat, ex vero antiquorum testimonio: cuius rationem inde repeate, vnde vetus Orator Alcidamas Odysseam vocavit præclarum humanæ vitæ speculum, καὶ δοκιμήσας θεοὺς τὸν πόλεμον, ut exemplar sapientia ipsum Ulyssem.

**D**ominor Trojæ. Non videtur planè exprimere τὸ ἐπερυμιαν αὐτῷ. διὰ τὸν ίδιον πλοιόποτον ἐπερυμάσκει. Quidam propter excidium Ilysic fuit cognominatus. ut apparat ex Odyssea l. 1. v. 2. τοι cognomen Senec. scribit epist. 9. Demetrio i mpositum fuisse, cui ait cognomen ab exitio virium πολυοπάντης fuit. Ratio autem expugnationis ex Homero talis est: οὐδὲ πᾶς βελῆ πόλεις Πειραιοῦ. Tuo consilio capta est urbs Priami. αὐτὸς γερεῖτε τὸν Τρίταν διὰ τὴν Δόρειν ἐππέμψας. Ipse enim cepit Trojam machinacqui lignei.

**M**ultorum providus. ] Sic Cicero libro 2. de Divinatione dicit, Mens futurarum rerum provida: id est, gnara, solera, cauta, sagax. Est quidem certè interpretatio epitheti Homerici πολύτερον, quod non eum sonat, οὐδὲ μὲν καύθει εὐ φεσιν, αὖτον δέβεται, qui aliud mente occultat, aliud loquitur, ut recte monet Eustath. vel, οὐδὲ μεταβάλεται φρόντια πᾶν, οὐδὲ πίκρας Eusepiον, ηχαμαίλειον τὸ Μέτρον, οὐκ καύζει Ποντίος. Qui mutat se in multos habuit, ut fructum Euripus, aut bestia chameleon, quemam Poeta indicat improbum. Hac autem voce (ηρόποτον) non illa Μέτρον, utitur Homerus. Πολύτερον, inquit Scholiastes, οὐ διὰ πολλὰ εὔπτερεα πολυφρόν, πολλὰ ἀγρότες βιλομάτων τριπόμετρον, πολλὰ καύκαλα πολυτελεῖον, πολλὰ καύκαλα πολυτελεῖον, πολλὰ καύκαλα πολυτελεῖον.

λογοτέλος, πολύμητης, ἐπιχειρεματικός, πολυών. Polytopus est, qui per experientiam, multa & varia sapi, multas vias & rationes consiliorum tenet soleris: id est, variis dolis instructus, & industrius ad machinandum, mulendum multa, consilio abundans, soleris in omnibus aggrediendis. Prætereat hæc, urbes & mores hominum insperit, sunt interpretationes v. 3. a. Οὐ υπερέτας πόλεων αἴθρωποι οἰδη ἄστα καὶ νονέγρα.

Multorum hominum vidit urbēs & mores novit. sicut hæc etiam:

Dum sibi, dum sociis redditum parat, aspera multa Pertulit.

interpretantur 4. & 5. vers.

Πολλὰ δὲ οὐτὸν πολλὰ πάθειν ἀλγεα, οὐ καταθυμέον. Αγρύπνος ποτε λυχνίον, καὶ νοσύνην τοπον.

Ille multos dolores mare jactatus tulit animo suo, Redimens permutatione & vitam sibi & sociis redditum in patriam.

de hoc verbo αρνύμεται sic Eustath. Εἳ δὲ κνέιος τὸ ἄρνηται, τὸ αρνεῖσθαι, οὐ εἰ καταλαβαῖν αὐτοκατελαβαῖσθαι, καὶ τὸ ἄπος αὐτοπατλάσθαι. οὐ περ δὲ ἀπὸ τὸν αρνῶν τὸ ἄρνεται εἰληπταί. εἰτὸ τὸν οὐτοὺς ζεύς πάθειν, εἴρηται τὸ πάθειν. ἀρνεῖσθαι δὲ ποιεῖται καταπάθεσθαι & αρχέσται ανείσθαι παρέγγειται; id est: propria autem notio verbi ἄρνηται est, quum, velut permutatione, aliquid aliud (ut pretium) accipitur pro dato agno: sed sine proprio usū & dele-ctu, quum quid vis rependitur & compensatur. Quemadmodum autem τὸ ἄρνεται sumptum est ab agni, sic etiam τὸ πάθειν ab equinis pullis dicitum est: quibus etiam placet τὸ ὄντες deflecti ab asinis, primâlitera producta. Hujusmodi permutationibus olim locus ante nūmīna repertum: sed hunc mihi locum Ant. Muretus subindicavit. Verbum autem parat est emetionis, ut alibi annotatum fuit.

**I**mmersabilis. ] Hocepithetum, quod valet, qui non potest mergi, quamvis speciem præ se ferat notatio-nis ab immerso, as, cuius simplex fuit propriè sum-  
sum Od. 4. lib. 4.

Mersus profundus, pulchrior evenit, non tamen inde flectitur: quia si hinc ortum esse diceremus, a sensu Poetæ recederemus, in contrarium afflantes Ulyssem posse immersi & obrui, mole rerum adversarum, tanquam dices εὐθα-minos, quum contraria intelligentum sit, eum nullā re-rum adversarum asperitate unquam debilitatum & fractum, nullā negotiorum tempestate obrutum & submersum, dicitur denique. Itaque (in) hac in-voce eandem vim habet, quam αερηπτός in Græcis conjunctis, licet mersabilis simplex vel invista-tum sit. Videtur autem Horatius alludere ad para-bolam Pindari Γυθ. εἰδ. 6.

αέρα  
μετασείρει, οὐδὲ δέ  
νετερεπτός αἱ μας.  
Immer-sabilis ego sum, ut suber-natans super dorsum, vel murum maris.

Quod Scholiastes claridū sic enunciāt: οὐ διατίστη-  
σιν οὐ φέλλοντες νετερητὸν & θαλάσσης επιπάντας φονεῖ  
τηνήρω τοῖς τὸν ἀλωνητηρούσιν διάποσιν εἰναι. Ut suber non potest demergi, & superficies maris supernatat, sivego Pindarus calumnis inuidorum apud Heronem neque obrui. Sic ποτικῶς Chirurgi vocant αέραν τοντούλον,  
τοεραμ immersabilem: quia non potest altius descendere in cranium, vel in cavitatem ipsi subiectam circu-lo quodam super mucronē terebra extante, vel altio-rem ipsius descensum retinente ne lacerare possit me-

mingas

mingas: vel ad oraculum Sibyllæ de Athenis, cuius meminit Plutarchus in Theseo: Ακοδε βασιλίς, θυμῷ δὲ τῷ εὐθύνῃ, quod ita Interpres Galli. c. vertit:

*Le cui enflé flotte bien sur la mer,  
Mais il ne peut au dedans abîmer.*

Sic passim βασιλίς καὶ μετατηνῶν καὶ παθητῶν invenitur translatum, de homine valde obsecrato dicimus βασιλίου μετὸν τοῦ δοξάμενον, immersum are alieno, de temulo βασιλίου μενόν οἶω, madidum vino. sic Latinum immergo in conluetudinem & voluptates.

*Sirenum.]* Di Sirenibus dictum est abundè in Gram. Sat. 3. lib. 2.

*Circe.]* Genus Circes ita describitur ab Hesiodo sub finem Theogoniae:

*'Ηελίῳ δ' ακάμαντη τέκε κλυτὴ Ωκεανὸν  
Περσοῖς Κίρκης τεργὴν Αἰγαῖον βασιλῆα.  
Soli vero indefesso peperit inclita Oceanina  
Perseis, & Circeis & Aeetem regem Colchorum.  
Subjicit Poeta ex Aëte & Idyia Medeam proceatam fuisse. Vires autem Circeæ potionis ex eo apparent maximè, quod Simetha eidem. β. Theocriti precatur Hecaten, ut venena, quæ parabat Delphidi pariter æqualiterque responderent venenis harum trium Pharmacidū & beneficarum:*

*Χαῖρ Εκάτη Δασοπῆτε, καὶ ἐστέλθαί μεν δύπτεις  
Φάρμακα ταῦτα ἔρδοισον χερσάνθα, μῆτε πικράς  
Μήτε πι Μηδειάς, μῆτε Σανθίας Γεραιώντας.  
Salve Hecate terribilia, & nobis ad extremum co-  
mes esto.*

*Hec venena reddens nihilo deteriora, quam illa 30  
Circes,*

*Nec Medea, nec flava Perimede.*

Talia pharmaca Ulysses subterfugit, ac devitavit, consilium sequutus Mercurij, ut est Ovid. n. qui illum docuit præsumere antipharmacum & antidotum ex moly herba. Meminit præterea Virg. vim talis potionis post citatum modò Homeri locum Aen. 7. Verùm Xenophon veritatem hujus fabulae libro 2. *Ἀπορ.* hoc modo interpretatur, ut de edacitate, & crapula quorundam intelligat, qui se epulis & immodicis poculis ita ingurgitant, immundissimi & spurcissimi sues fiant: atque hinc canes libidinosissimi, & intemperantissimi. Similis est interpretatio Dionis Chrysostomi in Oratione inscripta, *Diogenes, sive de virtute*, ubi nomine Circes intelligit voluptatem omnium malorum escam. Præterea Cicero 3. de Nat. Deor. describit genus Circes convenienter descriptioni superiori Hesiodi, sed addit eam beneficio sustulisse maritum suum Regem Sarmatarum, & imperio expulsam venisse in promontorium Latij de suo nomine Circeum, variarum ferarum feracissimum. Huic tamen Virg. Eclog. 8. tribuit non veneficum ex herbis, sed incantationem:

*Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.*

Et certè Circe fuit scortum flagitosæ ac perditæ libidinis, cuius illecebris homines capti, nihil postea mente agitare, nihil ratione scrutari, nihil denique cogitatione consequi possunt: quippe in his omne mentis lumen extinguitur: quod contigit sociis Ulyssis, qui Sirenum cantus non præterierunt, ceratis remigibus: id est, qui suos sensus voluptatibus patefecerunt: quos hīc ipse occlusit, & ita devitavit ratione his perturbationib. semper imperante.

*Stultus cupidusque.]* Arnestia est, pro stulte & cupide, vel more stulti & cupidi. Serv. in vers. Aen. 1. *nauibus infandum amissis*, &c. annotat, pro infandè. Figura hæc, in qua nomen pro adverbio ponitur, poetica est: Oratores non utuntur, ubi proferuntur alia

exempla. Posset etiam admirationem Græcorum explicari, qui hoc efferunt per participium ut dictum est Epistolâ 1. ad verba, *contemnas lippus, & ceteros* οὐ οὐδὲν γεννήσειν, si stultus & cupidus fuisset, & pocula Circæ bibisset, vel denique stulte cupidus. In Ulysse ac ipsius sociis periculum fit illius Thucydidei, *ἀπαλλα μεν δέρδος, λογισμὸς δὲ δύνον φέρει τοὺς ἀνδρούς, imprudentia temeritatem & audaciam, ratio & consilium ignaviam & timorem affert aliis.* lib. 2.

*Sub domina.]* Dominationem meretricis eleganter Cicero depingit Paradoxo quinto, ac primum servitatem ad eam, tanquam ad libertatem mutuâ affectione relatam: *Si servitus est obedientia fracta & abjecti, & arbitrio parentis suo, quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? An ille mihi liber videatur, cui mulier imperat, cui leges imponit, prescribit, jubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil audet: poscit, dandum est: ejicit, abeundum: minatur, exti: nescendum. Ego verò istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiam si ex amplissima familia natus sit, puto. Simili servitute Persius Satyrâ 5. exagitat Marcum Damam:*

*— si tutus & in jecore agro  
Nascantur domini, quid tu impunior exis,  
Atque hic, quem ad strigiles scutica, & metus egit  
herilis.*

cujusmodi dominatio mulieris venalis notata est Sat. 7. lib. 2. ad hunc locum:

*Poscit te mulier, vexat foribusque repulsum  
Perfundit gelida: rursus vocat, eripeturpi  
Colla jugulari. Liber sum, dicit age, &c.*

Huc non me pigebit proferre quod Servius in ver. Aeneid. suprà notatum sub initium, *induerat Circe in vultus ac, &c.* Circe autem idè Solis finitur filia, quia clarissima fuit meretrice, & nihil Sole clarius. Hæc autem libidine suâ & blanditiis homines in ferinam vitam ab humana deducebat, ut libidini & voluptatibus operam darent: vnde fabulae datus est locus, & nostri Poetæ hic versus citatur:

*Sub domina meretrice fuisset turpis & excors*

*Excors.]* De hac voce dictum est Satyr. 2. lib. 2.

*Amis, luto.]* Idè Epist. 2. lib. 2. dicitur, *lutulentus, & a Plutarcho in præceptis de Sanitate: οὐς κατέργασταν, οὐς colluvione infantens & impense gaudens, qui cum D. Petrus Epist. 2. cap. 2. vers. 22. c. imparat eos, qui post agnitudinem justitiae viam redeunt ad pristinam vitam spurcitiam, ut canis ad suum ipsius vomitum, & sus lota ad cœni volubrum: ubi Apostolus vtitur voce βορβόρ, quam Galli per quandam nominis affinitatem bourbier satis commode vertunt, quanquam Græci βορβόρον κυνίον ἐπικαλοῦσσι, καὶ συελέσσον τοῦ εἰς τούτον καταπέπλον, definitū sterco e pabulo brutorum & cibo hominum, quem vocant illi τὸ βορβόν.*

*Nos numeri.]* Idem valet quod Græcum ἑταῖρον ἄχθος αργεῖς, nos sumus inutile pondus terre. Idem, quod μηδὲν εἰ λόγος, οὐτε αριθμός εἴναι, id est, μηδείς ἄλλης ἀξιον, nullo in numero haberi, nullā ratione dignum. nihil denique hominem esse, & ad quidvis ineptum, (qualem Cicero appellat quandam Bambalionem nullo numero hominum, quo nihil erat contemptius, Philip. 2.) postrema autem interpretatio alludit ad etymum & rationem vocis Græcæ, ἄριθμος, dictæ quasi ἄριθμος, ut amicitia sit apta voluntatum, concensio προσὰ τὸ ἄριθμον τὸ προστιθέντα, aptare & congruenter res inter se coagentare, ac velut numeros cum numeris componere: ad quam conjunctionem planè est ineptus, qui nullo est in numero: sed est numerus

Solum ad nihil aliud accommodatus, nisi ad aliorum numerum perficiendum, nec valet quicquam per se sine rei cuiusdam ad junctione. Ita usurpatur *debetus*, in *reperit*. Aristoph. actus 4. sc. 3. sub finem. Στρεψ.

Εὖγ' ἀκαδειμονες, ή κάδος αβελέσος,  
Ημετέρα κέρδην τὸν σοφῶν, ὄντες λίτει,  
Αειθός, πρέσβετος ἀλλος, αμυνομενοις νεανισμένοι. Ι.

O vos miseri! quid ignavi desideris.  
Nos nostram rem facimus, quis recte facimus: αε-

Vos estis caudices, lapides, numerus, ovis.

Vos amphore vino explete. i. evanuate.

& in Heraclide Euripidis qualem Hom de scribit Irum  
Odys. Σ. initio:

— μετὰ δὲ ἐπειπεγαντιμάρην  
Αἰγαῖς φαγέμενοι πάνειν, εἰδὲ οὐκέτι,  
Οὐδὲ βοῦς εἴλοτος μάρα μέγατος ἔργατοι.

Irus insatiabili cupiditate comedendi & bibendi excellebat, cuius pernotus, (quod est Eustathio δέργων) neque vis ulla, nec robur ei aderat: statuā autem & habitu valde magnus erat ad aspectum, ad quod Interpres addit, εἴγνητος, τάσσεται ἀλγεῖται, cetera inutilis erat, ut hæc Alcinoi juventus. Nati autem consumere Enium dicitur, pro quo Latinus Orator diceret, ad fruges consumendas natu: sic enim Græci, θεούροτες καταπαγενονται ταῖς τοις γῆς καρποῖς. Ut Demosth. Olynth. ιαντονταὶ ζεύπειρα sicut Isocrat ad Philip. scribit, οὐαὶ τοις πειραῖς, οὐαὶ τοφοῖς, ita sumus omni naturā comparati, ut plura soleamus male, quam bene facere. Dicitur etiam πεντος τοπος αρτεν. Sed de varia syntaxis vocis (natus) dictum est in Gramm. Od. 27. l. 1. & sane; hoc genus hominum a sotorum & nepotum recte compararetur cum fuso Virgiliano, qui mellificum consumet 4. Georg.

Immunisque sedens aliena ad pabula fucus.  
contrā Cic. scribit Epist. 13 ad Brut. ipsum Reipublicæ juvandæ actuendæ genitum, non ad voluptates natum perfruendas: Quare omni studio a tr. mi. Brute, contendo, ut Ciceronem meum nedimittas, tecumque adducas: quod ipsum, si Rem publicam, cui suscepimus es respici, tibi jamque faciendum est.

*Sponsi.*] Hic ellipsis est particula similium, ut, vel, tanquam sponsi Penelopes, qualis fuit Epodis 17.

Et Esquilini Pontifex venefici.

Hæc vox non satis videtur τῷ μυστῷ Homericum verbum exprimere, nisi καταγεννήσος quod τοπε τῷ μυστῷ, quod est alicuius conjugium affectare, & quod propriè significat *procus*. Sponsus autem est Agellio libro quarto, capite quarto, qui spōponderat ducturam puellam, quæ promissa in matrimonium appellabatur sponsa. Cautum enim fuerat lege, ne quis uxorem duceret, priusquam aliquis sive pater, sive tutor, sive quisvis alias, si filia esset sui juris eam ipsi despondisset: cuius exemplum habes lib. Dionis 5<sup>o</sup>. de Lollia Paulina & ipsius viro Memmo Regulo, & in Aulularia Plauti: quibus assentuntur Iuriscons. in l. 1. 2. & 3. d. de Sponsal. vnde facile animadvertis Donatinas in Andr. act. 1. scen. 1. Item Heaut. act. 4. Sc. 5. & 4. Sc. 7. & illas Servij in lib. 10. Æneid. non satis veras esse: quæ firmissime asseverant sponsum non spondere, sed a patre delponderi. Plura lege in obseruat. Hotomani de veteri ritu nuptiarum. Utrum hujusmodi contractus stipulationū & sponsonum inter Penelopen & procos intervenierit planè ignoro: neque viri est simile a tot viris stipulatum fuisse, atque sponsum. Græci fortalsè dicerent τὸν μυστὸν, ut sponsa, τὸν μυστὸν, jam nuptam. Sed de procis Penelopes vide Odys. a. Poeta hic vtitur genitivis Circe & Penelope, tanquam a rectis Circe & Penelope. Hi tamē possunt declinari a rectis in e, Circe, Penelope: sic Catal-

lus ad Ortalium usus est nomine *sponsus*, *propocus*.

Ut missum sponsi furto munere malum

Procurrit casto virginis e gremio.

*Alcinoue.*] Alcinous fuit filius Nausithei, & Rex Phæcum, qui Corcyram insulam inter Epitum & Calabriam tenuit, ad quem Ulysses naufragio illic facta e-reptus se recepit. & ab eodem præter cætera intellexit luxum & mores Phæcum ut est Odys. θ. sic igitur Alcionous Ulyssi.

Οὐ γαρ τούτοις εἶμεν διμορφούς, εἰδὲ ταλαῖται,

Ἄλλα ποτὲ προπνέοντες, καὶ μούτινοι ἀειστοι,

Αἰεὶ δὲ οὐδέποτε φίλην καθαρότερον

Εἴμαστα τὸ ξεῖνον, λογιστα τε φίλην, καὶ τούτου.

Non quidem certè pugiles sumus irreprehensi; nec palestriti

Gallice, Οὐδὲν οὐδεις que redire.

Sed perniciitate pedum valemus, & nauticam pulcre tenemus.

Semper nobis sunt cordi convivium, & cithara, & chori,

Vestes permutatorie, balnea calida, lecti.

ideoque Athen. lib. 1. τὸ ἐκεῖνον πίον τοῦ ἀπολαυσικὸν καὶ τὸ φίλοδον, vitam illorum voluntariam vocat. In Alcinoi juventus, repetendum est a communi, nos sumus juventus Alcinoi: id est, similes juvenibus Phæcum, qui parabant Alcinoi nimis indulgentes suo genio & corporis voluptatibus, tam domi, quam in hortis amoenissimis, de quibus Virg. 1. Georg.

Pomaque & Alcinoi silva &c.

& Plinius libro 19. capite 4. Antiquitas nihil prius mirata est, Hesperidum hortos, ac Regum Adonis & Alcinoi.

*In curada.*] Pro hoc dixit Satyr. 5. lib. 2. pelliculam curare: quod equidem posse puto explicari verbo Græco Λοργίδην, Gal. faire grande chere. Sed de Phæcibus lege Odys. n. & 9. Hic operari non est rem sacram, sed opus, facere, & in re aliqua elaborare. quemadmodum prius usurpavit, Lucretius lib. 4. ultrad midium,

Uisque ad omni refert studiū, atq; voluntas,  
Et quibus in rebus consuevit esse operati.

Non homines solum, sed vero animalia cuncta

quod imitatus est Seneca lib. de brevitate vita cap. 12. quid illi, qui in componendis, audiendis, discendis cantici operati sunt? id est vitroque, ut hic occupati & versati sunt? Pro, in medios dormire aies Cicero dicit per ad. libro 1. de Divinatione, ad lucem dormire. pro quo etiam dicit Epistola 18. dormi & in lucem, quod est minus, quam in meridiem dormire. & Philippicā 2. ad vesperam perpotare. quod accedit saepe τὸ usque. Ibi volo esse usque ad pridie Calendas Majas. Sed exemplum Poeta videtur imitatio Græcorum, qui dicunt, εἰς τολμὴν χειρού ταῦτα, ad multum usque tempus dormire: vel μέτρη τοῦ οὐρανοῦ μέσον ταῦτα, usque ad medium dieri dormire hanc autem alti somni ac longioris sopori descriptionem hi versus odys. ητα sub finem complectuntur de somno Ulyssis in arbustis post procellosam navigationem dormientis.

Ἐντα μέντοι πολλαῖς φίλαι τετραπέντες πλοιοι

Ἐδέστε πανύπολος μέσον ταῦτα.

Hic quidem in folijs charo afflictatus corde

Dormivi totam noctem, etiam usq; ad auroram & meridiem.

Dicam obiter, quod Scholia stes hic adnotavit ad verba εἰ φύλαξ καὶ φίλαι τετραπέντες δοκεῖ. 1. quod similiter hec sibi videntur affonare per paronomasiā: quam quidem opinionem Philopappus, sive apologeticum pro Germana lingue Græcæ pronunciatone pag. 76. et typio. Leonhardt. Basilea 1563 refutavit. nulla enim est sibi similitudo in ipsilo & iusta legitur illud per Gallicū & hoc vero iusta pronun-

prontintiatis, neque in diphthongo oi & o simplici, altera est ibidem annotatio ejusdem interpretis, *leque-*  
*γντιας οὐκεγέλεσσν, ὃς οὐ διλαχθεῖ, οὐ γονίς αρπάξει, μεσημ-*  
*σιας καὶ δεῖλος.* *i. tripariūtō diem secuit, ut alias, in dlu-*  
*eulūm, meridiem, & crepusculum, sive vesperum. Duce-*  
*re curas cessatum, estillas eximere & abigere, ut ipse a-*  
*libi loquitur, & illas sopire & dormitum dimittere,*  
*quomodo Græci dicunt, κομπούχη κομπούδινος, so-*  
*pire & sedare dolores sonitu cithare.*

*Latrones.* *] De ratione hujus vocis & fur, hisque re-*  
*spondentium Græcarum, revise Grammatica Satyr. 3.*  
*lib. 1. advers.*

*Ne quis fur esset, nec latro, &c.*

*De nocte.* *] Ita Terentius designat tempus, Adel-*  
*phis Aet. 5. Sc. 9.*

*— apparere de die convivium.*

hic tamen Donatus explicat, repente, neque præ-  
*dictum antē, nec pridie constitutum. Gallice tout a*  
*l'heure & sur la champs. aliter, de medio potare diei. Gal-*  
*lice, des midi. In 1. Georg. vers.*

*Multa adeo melius gelida se nocte dedere.*

Servius annotat Virgilium præpositionem subtiliuse:  
*nocte, inquit, nomen est adeo ut & Horatius junxe-*  
*rit præpositionem. Ut jugulent homines de nocte, nam*  
*τὸ νότη, adverbium noctu facit, sicut τὸ die, diu: Sal-*  
*lustius, Diu noctuque laborare, festinare. Id Græci ef-*  
*ferunt, εὐνυτὸς καὶ διὰ νύκτος, καὶ αὐτὰ τὰῦτα νύκτα, pro*  
*codem atque Plaut, in Rud. de nocte multa exsurre-*  
*xi. Plato Πολιτικ. i. ἀνα σοπεῖν διά νύκτος καὶ οὐρανοῖς,*  
*aliud versabant animo die ac nocte. Sed in his locis, dē*  
*medio potare die, Sat. 8. lib. 2. & de mediana nocte missus*  
*equitatus, Comment. Cæs. præpositio designat po-*  
*tius spacium temporis: Gallice, des le midi, & des la*  
*minuit, quam terminum ejusdem.*

*Expergisceris.* *] Hoc verbum dicitur a porrectione  
membrorum e somno suscitatorum, quæ prius modice  
contracta inter somnum jacebant: qualem certe  
situm placida quies requiriit inter contractionem  
& distensionem eorundem, ut Medici docent: tum  
enim spiritus, qui inter illam quietem erant velut  
in centrum corporis recepti, distendere solent mem-  
bra permeando: quam quidem porrectionem Festus  
appellat correctionem membrorum, quæ inter cuba-  
tum prava & curva, post excitata diriguntur.*

*Si noles.* *] Hic exple, expergisci ad te servandum*  
*Hoc autem, sanus, Græci reddunt per participium,*  
*ὑγιανός, ή λεπτός, dum vales & integer es*

*Hydropici.* *] De hydropisi dictum est Ode secundâ  
libri secundi.*

*Ni posces.* *] Hoc valet, et si non posces, et si non  
intendes, &c. id est, si non repetes e libris Philosophorum  
medicinam vitiorum jam inde usque ab ipsorum  
origine, incides in affectus exitiosos. Pro, intendes an-  
imum in res honestas, Terentius, Appelles &  
ad junges illum ad studiū rerum honestarum.*

*Si quid est.* *] I. si quid excruciat tuum animum &*  
*depascitur, & erodit, tanquam ἄλλος καρνιοῦδες, ulcus ser-*  
*pens similiter cancro membrum aliquod corporis. Hic τὸ*  
*est, deflectitur ab edo, edit. Sic Homerus loquitur Iliad.?*

*On the θυμοκατάστασιν, τοτον αὐθεότων ἀρετῶν.*  
*& similiter Cicero reddidit:*

*Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.*  
item Aristoph. in Vesp.

*Μηδὲ τὸ στοιχὸν ἔσται, μηδὲ αγαθάλει.*

*Ne te exedas, neve angas dolore*

*& Catullus pro hoc canit Epigramma Cæciliūm arce-  
scens:*

*— ex eomisella*

*Ignes, interiorum edunt medullam.*

Virgilius item Aeneid. 4.

*— est mollis flamma medullas.*

Ex his perspicis, hanc phrasin a principibus Græci &  
& Latinis sermonis affectatam,

*Dimidium.* *] Hoc consilium sumum est ex initio  
operum & dierum Hesiodi, ubi Poeta suadet fra-  
tri suo Persæ ut omissis litibus, in quibus perse-  
quendis rem familiarem contumebat, totum se de-  
dat operi faciendo, & præsentim agriculturæ stu-  
dio: quia summa in omni re incipienda difficultas  
quidem habetur, sed qui illam semel exsorbuit &  
rem est bene aggressus, dicitur, dimidium i lius con-  
sequutus. Itaque graviter Reges, id est, Judices illius  
ætatis perstringit, dum illos appellat *Διορθάρες πυργί-*  
*τες & bellunes munera*, quæ a litigantibus ipsis fe-  
runtur: ita scribit:*

*Νῦμοι εἰδούσι, οὐδὲ μένηντιον παντός,  
Οὐδὲ δούλου μαλακῆ τεργίτης διδοὺς μεγάλους.  
Stulti nesciunt, quanto dimidium sit plus totu,*  
*Neque quām magna captiatur ut latae malvæ  
bastula regia herba.*

& certe tres versas sequentes mihi videntur paræmi-  
am interpretari.

*Κεφαλες γαρ ἔχειν Θρήνον αὐτούς πόνοις.  
Πηδάλια γαρ μεν καὶ ἐπί πηδάλιον εργάζονται,  
Ωδὲ στρεψι τοιούτων ἔχειν, καὶ ἀργον πονά.*  
*Dicentum occultum habent hominibus ὕβριτον.*  
*Si alioqui tamen nullā contentionē unum diem  
opus feceris,*  
*Sic te n̄ annum suslenies, etiam si nihil agas po-*  
*stea.*

Celebrarunt hanc sententiam non solum principes  
Philosophorum.

Crates in Laertio λεγει, τὸ τε ἐν ἀρχεδια  
μηχανὴν εἶναι, πηγὴ μηχανὴν δὲ. I. dicebat bene Incipere par-

vum non esse, sed max. mūn. Plato libro 6. de Legib.  
ἀρχὴ γαρ λέγεται, πλευρὴν παντός εἶναι. Idēl. 2. verbapo-

stremi loci sūt in fine 7. cap. Λογεῖδιον πλευρὴν πε-

παντὸς εἶναι ἀρχὴν πολλὰ ἐμφανῆ τρέπειν διὰ διανοῦ τὸν ιντερέστορα

1. videtur igitur principium plus, quām dimidium esse  
totius, ac multa fieri aperta claraque ut ejusdem prin-  
cipij, de quibus anteā magna diatribatio erat. Hic autem

consilium Aristotelis est investigare definitionē felici-  
tati, ad quam melius exactiusque inveniendam in-

gressus est in questione de principijs, & modis, qui-  
bus ea intelleguntur, acute indicavit. His enim cun-  
cta recte definiuntur: unde siuctus percipitur non me-  
diocris, ut momentum permagnum ad ea, quæ inde  
nascantur, intelligenda: quod per vulgatā confirmat

sententiā, ut jam præmonui in dialecticis, ipsiusque

veritatem auget. Quum autem hæc Ita se habeat, di-

midium facti qui caput, habet, Philosophus plus addi-

dit more præceptoris sui Platonis & Hesiodi, ac de

principijs facultate dixit ipsius pē. ad minic. loq; multa

fieri per spicū: quæ prius obscura erant, nec parum

lectore perturbantia, qui per spicue vident hic voces,

tam Græcam ἀρχὴν, quam Latinam principium ὅμοιον

vel c. arius οὐκενδοχον sumendis ad i. i. juslibet

Inceptionem aperte indicandam: vi de Aristoteles il-

lam vulgi sententiam ad rationem definiendæ felicitati-

dis d. toris. de Republ. A. istot quoq; s. Polit. & Ethic. I.

sed etiam alij ut Plutarch. lib de audiendis Poetis, ut

denique Aufonius:

*Incipit dimidium facti est capite, superfite*

*Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies.*

huc & Terentium Heaton. Aet. 5. Sc. 5. v. 14. aggrega-

bo eandem eleganter expressiss: *Hoc dimidium incipit gra-*

*via sunt: ubi cognoscis fac tua. Hoc est Gallice declar-*

*atum Od. 2. lib. 1. aduersum illudum, &c.*

*Rusticus.*] Existimò hic esse àvñusclav, pro stultè & insipienter, & sine judicio, vel more stulti expeditat, ut sit ellipsis *tb tanquam*, qualis est initio ad *Pisones*, assuitur *p annus*, id est tanquam pannus: vel est Hellenimus, qualis paullo ante notatus est, *in stultus cupidusque b. b. set, vbi nō w. c. g. o. x. s. n. d. v. n. u. v. sup. pleri videtur.*

**Beata uxor.**] Intelligitur hic *S. yor* γαμήν *fœcunda uxor*, ut Epod. 16. dixit, *arva petamus beata*, id est. *fertilia*, *υκάριον τελέσιον*, ut Sat. 6. lib. 2. *divitis beatus* 10 *& virtute.*

*Sylva.*] Id est, loca prius arboribus confita fiunt  
culturæ fertiles agri, ut docet Virg. 2. Georg.

*Fundus.*] Dicitur à fundendis quotannis opibus,  
ut loquitur Epist. 2. lib. 2. vel ab illorum fundamento, 15  
ut fusiūs definitum est Satyrā 5. lib. 2. Fuit autem sen-  
tentia huic similis Ode. 1. l. 3. ad vers.

*Quod si dolentem nec Phrygus lapis,  
Nec purpurarum sidere clarior  
Delenit iussus-*

*Dicitur ergo*  
ubi hunc locum & alios citavimus auctores.

*Acervis gris, &c.] Est hic quædam hyperb.*

*Acerous aris, &c.* Et me quæcum hyper-  
cuniz significatio, sed multò est major frum-

cuncte lignificatio, sed multo et major frumenti, ut  
res postulat, in Pseudolo Plauti quum ène<sup>te</sup> ymnos dicit,  
frumentarii esse montes maximos, acervos esse frumenti. 25  
Deducere fabre 1. Pro quo Celsius dicit demovere

*Deducere febres.*] Pro quo Cellus dicit demovere febres & ab illis liberare, cui opponitur ilud Epistolâ 7. opella forensis adducit febres.

*Aegroto corpore.] Quamvis hoc ab eger inclinatur,  
Grammatici tamen illud tantum corpori tribuant, hoc  
etiam animo.*

*Prorogat.] Sic Cic. 2. Phillip. dies paucos ad solven-  
dum illi propter inopiam prorogavit. Idem valet, produ-  
cit noctem illi a allonge terme de paier pour sa pau-  
vreté. Dicitur autem febris a fervore, sicut *wuferis* ab  
igneo calore.*

*Rebus comp. &c.] Id est, bonis comparatis, fructibusque collectis, repositis & conditis, τοῖς οὐχομετέστητον καρποῖς ξενίου, scit bene uti, qui est animo perturbatione libero, ut εἰς καρπὸν οὐχομετέστητον, occupari in frugibus comportandis.*

*Qui cupit aut metuit.] Hæc verba ponuntur abso-*  
*lutè, pro, qui deditus est cupiditatibus & affectibus a-*  
*lijs, noscit rebus partis uti.*

*Lippum.*] De lippo dictum est Sat. 3. l. 1. sicut de podagra Sat. 9. l. 1.

Sincerum.] Ratio hujus vocis exposita est in Grammat. Satyr. 3 l. 1. in hoc versu existimavit Erasmus alius ad Proverb. *cibum in mastulam ne immittas.* *Σικος εἰσινα μη ἐμβάλλεν.* quod Plutarch. de animo impuro interpretatur, in quem non sunt inferendi sermones honesti, velut Margaritæ non debent Porcis projici. Oratione cibus animi est. insincerus corruptitur, & in vitorum cruditatem vertitur.

Vas.] Quanquam Iosidorus hanc vocem declinet a vescendo, ut sit escarum ἀρχή, receptaculum, est tamen generale ad quidvis captiendum, ut τὸ ἄρχοντα ἀρχεῖται, pro eodem. Tabulae autem, fomenta, Cithare, sunt illa Ciceronis dissoluta, μικρασιανά, quae Grammatici dicunt ἀρχῶν στοά.

*Sperne.] Hoc translatum est ex apophthegmate: Solonis, οὐδεὶς γένεται παῖς οὐδὲ τίκτει, fuge voluptatem: ipsa enim parit dolorem. ὅπερ καὶ οὐδεὶς οὐχὶ μήτορ, οὐδὲ φρεστὴ τινει, quod etiam mentem voluptas non minus, quam molestia solet adimere. Hoc etiam ad verbum interpreteris, καταφεύγει τὸν οὐδὲν. εἰ δέντα γυρτοὶ λοιμῶν ἔσται καὶ οἱ Αρχότατοι Ταῦταν Θεοὺς, αἴθριάν τοι δεῖ βαθεῖαν τὸν τῆς φύσεως ἀλεθεράτερον οὐδὲν, τησδε τὸ σώματα, μάτιτε διὰ τὸν αὐτὸν βα-*

*et hec si uaria appetitio sublita. nullam pester, dicebat Archytas Tarentinus, hominibus datam a natura pernicio-  
siorem voluptate corporis: nec certe in ipsis regno virtus  
potest consistere.*

*Semper avarum.* Rerum omnium est satietas, ait Aristophanes, præterquam divitiarum, quibus nemo dum invetus est, qui expletus fuerit, cuius acoriæ id est, inexplebilis cupiditatis cauillam legel. i. Politicorum,

*Certum voto. ] Statue modum tuæ cupiditati, neq; vlrdo citroque verseris, Gallicè limite tes biens sans te tourner in an plus, ni aux moins. Plutarchus quoq; citat hunc sa ientem à τῷ περὶ φίλοτατος.*

Πλάστε μία θέση πέρα από το μεγάλο αγρόκτημα.

*Haud est finis opum certus & fixus mortalibus ullus, Ad-  
dit Plutarchus per quandam exceptionem, ἐπει τοῖς γα-  
ροῦν ἔχοι ὁ τῆς φύσεως ἀλογοτόποις, καὶ τέμνει πάρει της  
χείρας, καθάπερ κέντρον τῷ διαστήματι περικλεψόμενον, id  
est, attamen his, qui prudentia valent, definitus est mo-  
dus divitiarum a natura, & terminus ad eis commoditati  
ipsorum, veluti centro & intervallo circumscriptus. Sa-*

pienter admodum Seneca lib. 2. Epist. 15. rationem  
modi cupiditatibus addendi praestibit Lucillio: Sub  
inde, Lucille, inquit, quam multa sis consequitus, recor-  
dere: quia uspexeris, quod te antecedant, cogita etiam,  
25 quot sequantur, si vis gratus esse adversus Deos, & ad-  
versus vitam tuam, cogita, quam multos antecesseris  
Hunc vitæ modum Pind. Οροπτ. εἰδ. ε σπερ. β Pfamidi  
Olympionice cōptecatur præter hæc, Γηρας ἐνθυμητή  
senectutem facilius, cruciatuſ & perturbationib.  
30 vacuam, ad finem usq. vite, atq. preterea virtutem, sobo-  
lis felicitatem. οὐλογίας honestam nominis celebritatem.  
hunc autem modum nominat ἀνάρχεια, quo quis se su-  
stentat. Seneca interrogatus quis modus esset divitiarū,  
respondit, primo quod necesse, secundo, quod satis est. Ita  
35 finis certus hic intelligendus est, non ille bonorum, ad  
quem homines conferunt sua studia, & quod, tanquam  
ad summum bonum, referunt omnia.

Invidia.] Cic. quum hanc definitionem invidiae  
Græcam interpretatus est. Tusculanā 3. p. 86.  $\Theta$  εἰδύτην  
εἰπεῖν οὐτείος αἰδοῖς, maluit ut nomine *invidentia* ut  
40 hæc sit *egritudo* proprie alterius res secundas suscepit:  
atque ut ego conjicio, deflectitur ταῦτα τὸν ὄντα καὶ δύ-  
νατον φέρειν, μὴ φέρειν, quod animum & mentem maceret  
& excedat, quæ caussa fuit Pindaro, ut εἴδει τα. ποντιῶν,  
45 φθεγγός δι' ἀκουστικήν dixerit, ἡ σεϊψις invidios dam-  
no affici. & Menandro, ὁ φθεγγός αὐτῷ πολέμος ταβισταί,  
invidus sibi ipsi est inimicus, dum se jucundo accepti  
& quæstisi boni fructu spoliat & invidiae mortuani  
50 lacerat, & se, qui d'est longe perniciosius, gratiā  
Dei privat, provocans ipsiusitam in se, quum contrā  
debet rebus alterius secundis congratulari. Sed  
quid plura, quum jam Satyr. 3. lib. 2. de hac pertur-  
batione satis dictum sit: addam tamen ex Ihalia He-  
rodoti hunc affectum pravum, ut reliquos, esse ho-  
55 minis naturā insitum, φθεγγός δὲ αρχῆν εὔημον τον αι-  
θρότον: cui vitio Paul. 1. ad Corinth. c. 13. opponit τε  
2005 d'ēdū idē γέτειν τὸ διάντειρον τῆς αἰσθήσης.

Tyranni.] Atrocissimorum tormentorum inventores fuerunt Phalaris, Agathocles, Apoliodorus, cuius meminit, ut Phalaridis. Senec. lib. 7. cap. 19. de Benef. 2. de ira: his autem tribus Suidas facit Hieronimum Tyrannum saevorem, siquidem ut Senec. 2. de Clem. cap. 4. illi crudeles vocantur qui puniendi quidem caussam, non autem modum habent: sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed superhumarum ac probabilem modum saeuissse. Dionylius quoque fuit Siciliae Tyrannus, de cuius via ratione repetere Gram. Odes 17. lib. 2.

*Animum rego.*] Pro hoc Cicero lib. 3. Epist. 1. ad  
Quintum frat. dicit: excitate, non, ut cum aliis, sed ut te-  
cum iam ipse certes: e quo quidem certamine qui supe-  
rior evadit, supra omnes victores nobilitandus est ex  
Agesilao Xenophontis, καλὸν μὲν δοκεῖ εἶναι, τείχη ἀνάλο-  
γη ἡττῆσι, ὑπὸ πολεμίσων. πολὺ μὲν τοιὲν γοῦν καλοί νείναι,  
τὸ τοῦ ἑαυτοῦ φυγὴν ἀνάλογον κατανοῦσθαι καὶ ὑπὸ Χειρά-  
τῶν, καὶ ὑπὸ ἴδιον τοῦτο φέβει, i. gloriosum quidem vide-  
tur murum abhencum capi ab hostibus, sed judico clarus  
animum pecunia voluptate, metu invictum reddere. I  
item e Platonis sententia l. 1. de Leg. τὸν ικανὸν ἀντὸν πατεῖν  
μὲν περότελον καὶ ἀριστὸν δέ ἡττᾶς αὐτὸν ὑφέαυτη, τείχον  
ἀρχιστὸν πολέμου καὶ κέρατον, se ipsum vincere est omnium  
victoriarum & prima & optima: sed a seipso vinci, omni-  
um & turpissimum & pessimum, sed talium victorum  
paucitatem Cicero Epist. 4 lib. 15. ita videtur apud M.  
Catonem conqueri, in omnibus seculis pariores viri re-  
pertisunt, qui suas cupidates, quam qui hostium copias,  
vincerent. Mutuatus est hoc etiam Poeta a sapiente  
Chilone, θυμῷ κέρατοι (uti monuimus Od. 16. l. 1. ubi Poe-  
ta interpretatur compescere mentem, & detrimenta iræ  
multa colligit) & quod sequitur a Phocylide:

Μὴ πεπτήσεις χάρης, καλέω δὲ ἀγείροντας.  
Πολάκι γε πλήρες δύναμις τόνον ἔχετε λεπτές.  
*No sis promptus ad manum*, sed refrenam *immanem iram*.<sup>2</sup>  
*Nam l'èpè quum percussis, cædem feceris nullā voluntate.* Hic ipse Poeta videtur hos cordis motus ita distingui-  
guere:

Quodvis utræqueque maritum ñactosq; r. d' xii.  
Ogyn d' ès vñ qzq; i. utræque pñmato de muliis. 35  
Immodica animi permotio gignit perniciosem furorem.  
Ira vero est cupiditas quedam, sed inveterata & permanens nullum servat modum: & ulius dicitur, ut Odis 6. & 13. l. 1. docuimus. Hæc postrema videtur etiam Græcæ dici in iuria amaritudo, quæ partim est ἐξύχος & partim μινηρός, memor in iuria: ita ratione prioris est ὅγη, ratione posterioris est ulius: unde Plutarchus dicit ἀμβλώσεω τῷ πειραιῶ retundere & heberare amaritudinem. De his affectibus lege cap. 13. Epist. 1. ad Corint. ubi videntur τὰ οὐ μῆτα τὴν καὶ ἀμβλώσεων πειραιῶν comprehendendi verbo μαρτυρίᾳ, charitas differt iram, & hominem reddit lenitatem. & c. 4. Epist. ad Ephes. qualis commotio fuit illa Peliadæ Iliad. a. Cic. 4. Tascul. quæst. definit iram ex genere libidinis, ut sit libido puniendo eis, qui videatur laissa in iuria, & ibidem, an est quicquam similius insanie, quam 43 ira? Ideoq; Ennius eam dicit iniūsanie, ut ira definita a Themistio: in via ñacto xegion & que sonant verba nostri Poetæ: ira est furor brevis. Notatae sunt Od. 6. l. 1. voices Graecæ hujus affectus, ratio autem Latinæ Ira, hic reddatur a verbo uro quod sit fei or sanguinis. Eandem 50 ethym rationem habet radix Hebraica vocis Haron, ab harach, excedunt: sed hap aliquid vehementius notat, ab hanap succensuit per nares efflando. eandem definit ex altero genere lib. 2. de ira: que est animi concitatio ad uultu[m] voluntate & judicio pergentis, quem locum vi- 55 de ortu & progressu presentis affectus, quem definit ex opinione sapientum virorum huic convenienter, mutatis tantum verbis, iram esse insaniam brevem. Quam autem insaniam, quos ira occupavit, ex ipsorum habitu facile perspicias, præset in cum illo furentium comparato: quam collationem repeate ex eodem loco. Idem Philosoph. Epist. 112. sub fin. impotentiam Alexandri circa hunc affectum sic arguit, cum scribit homines diligenter quidem se contra hostes suos instruere, sed contra fortunam inermes procurrere. Ille quidem Per- 65 sas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium usq; in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fuvabat: sed ipse

modo occiso amico, modo amissio, jacebat in tenebris, alia  
seclus, alias desiderium suum mōrens, vicit tot Regūm  
atque populorum, ira tristitiaq; succubuit, id enim egerat  
ut omnia potius haberet in potestate, quam affectus. O quā  
magnis homines erroribus tenentur. Et & paulo post. In-  
perare sibi, maximum imperium est.

*Fingit equum ire.*] Hellenismus est, pro quo orat diceret, fingit equum ad viam ingrediendam & tendam, quam monstrat eques, quemadmodum in arte dicit, *fingi ad rectum*, & Cic. pro Muræna: *Natura ad honestatem te finxit*, &c., *fingit se totum ad arbitrium & nusum alterius*, quod parvum Latine diceretur, finxit te vivere honeste, &c., fingit te placere alteri. Huc adde alterum Hellenismum in *ire viam*, quem Scholiastes Sophoclis nomiat *ex quaenam opem* initio Oedip. Tyran. in *indus oedipus*, sedes sedentis, quales oponit, *ex quaenam tui de tui rebas d'gav, basi, ex tui tui tui osor, re, a kbojor, ysdarw, yqafliu, rai tu, roiau, ra.*

*Cervina.*] Cynegetæ & venatores mature formant  
catulos ad prædam aliquâ feræ imagine simulatâ, quæ  
vehementius sectentur veram & vivam. Hunc locum  
citat Servius in vers. Aeneid. 7.

Hic subitam canibus rabiem *Cocytia virg.*  
Objicit et noto nare contingit odore.

25 Ut cervum ardentes agerent nūnq̄ jēvūt̄, ἀπεις̄ d̄  
n̄eovōnt̄os, c̄leget̄, canis generosa & inexperta temere fertur  
in caprum. Lycurgus dicitur ab his Cynegetis exem-  
plum accepisse, quo doceret quantum afferret mo-  
menti recta & maturā institutio, ad vitia mendosae na-  
30 turæ vitanda & corrigenda, propositis duobus Popule  
canibus, quorum alter quamvis ex ingenerosis paren-  
tibus procreatus fuisset, ad hunc tamen modum, qū hic  
præscribitur, mature informatus, vilam cervam d̄estra  
λέος καὶ πρεδύμων inseguitus est: alter contra licet  
generosissimis natus, ad primum quoque cibi odorem  
restitit ferâ relictâ, propterea quod ἀπειος ἦ τὸ κυνήγιον.

Nunc puer. ] Id est, dum pueritia tibi adeat, nullis  
mordacibus confessacuris, Adhibendi autem yelbo  
significatur largior quædam potio e coniunctione, ut ex  
40 hac impudentis Clitiphonis contumelia in suum pa-  
trem Act. 2, sc. 1, vers. 8. Heautontim. peri, is mibi, ubi  
adhibet plus penitio, sua que narrat facinora: Offer et se  
melioribus, est tradere se in disciplinam philosophorum,  
& dare se studiis sapientiae multo major notare-  
45 tur potio, si ex more Senecæ Epist. 36. legeretur, ut hic,  
perseveret modo colere virtutem, peribere studia litera-  
lia: non illa, quibus perfundisatis est: sed hæc, quibus  
tingendus est animus. In offer melioribus, subjice, ducu-  
mentis tingendum & instituendum.

150 *Tesla.*] Non admodum ad sensum interest, utrum modus summa recens, pro nomine ne, an pro adverbio temporis præstat tamen meo judicio, ut sumatur pro nova testa & novo vase.

Si cessas, &c.] Cessare Donato est desidiosi, cui  
55 opponitur strenue anteire: sed quiescere & requie-  
scere cujusdam est cessationis post defatigatio-  
nem.

*Nec tardum.*] Si descendō tecum in curriculū  
stadii, & tu sequeris me tardiūs, non te exspectabo sed  
60 institutū cursum tenebo neque contrā, si tu me cur-  
su superaveris. tibi non ambitiosius instabo ptaeunti.  
Ex his perspicimus, eos optimē in doctrina morum pro-  
ficere, qui neque præcoces, neque immaturi intempe-  
stive illuc accidunt.

65 Nec præcedentibus. ] Ut hoc antecedenti , nec tardum operior , responderet , videretur legendum , nec præcedenti insto , nisi malis Poetam de se loquuntur modeste

modestè : qui plures habuerit se profectu ante euntes, quād posteriores sequentes. Aristot. apud Laert. interrogatus, quo pacto discipuli egregie proficerent,

respondit, sc̄ cursu pr̄stantiores prosequantur. nec tardiores expectent. *Eiv̄ t̄s xpoīxont̄s dicoūt̄s, t̄s ier̄ḡv̄t̄s m̄n̄avaūv̄on.*

## Explicatio Rethorica.

**D**Uplex est h̄c tropus: prior est synecdoche generis nat̄r̄ & exibū (quād alii fuerint ejusdem scriptores) pro Homero: alter est metonymia causæ pro liberis de bello Trojano scriptis à Poeta: qualis metonymia est in Chrylippo & Crantore, pro libris Philosophicis ab utroq; cōpositis, qualis quoque passim reperitur in omni scriptorum genere, aded est h̄c tropus fœcundus & auctōribus perustatus.

**b** Metaphora ab iis, quæ manibus capiuntur & colliguntur, ut seges & poma & flores, quomodo propriè loquutus fuit Epopis. 15  
*omnem relegit iabis pecuniam.*

ad ea, quæ oculis & inde mente percipiuntur, quales sunt literæ & sententiae quæ velut colliguntur oculis. Servius dicit a nautis, qui colligunt funes, dum pr̄tereunt aspera loca.

**c** Polyprotōn est, ac pr̄terea Epanaphora in ejusdem vocis sono, quater initii incisorum iterat.

**d** Senecdoche est vel potius allegoria e continuatis synecdochis specietum pro Stoicis, Academicis, reliquisq; Philosophis.

**e** Fabula οὐενδοχίον dicitur pro Epopœia Iliad.

**f** Metonymia duplex est, subjectorum pro incolis Græcis & Phrygibus, sed est pr̄terea in Barbaria modus quidam synecdoches, quād ex hoc genere significantur singulares populi. quum nomen Barbaria communiter attineat judicio Græcorum ad populos, quin non essent Græci, etiam ad Romanos: sic Epopis 9. harmoniam Phrygiam appellat carmen barbarum propter odium belli Trojani. Sententiam igitur sic propriæ potes enunciare: *In illa eopœia Homeri Græci & Phryges commemorantur se & res suas attrivisse propter raptum Helenes & adulterium Paridis bello diuturno. In stultorum Regum & populum videretur hic notanda synecdoche generis pro Hectoris, Achillis, Agamemnonis Antenoris Pandis, Ajaci, populi Græci & populi Trojani sed quia mox quod in genere dixerat, in specie ve ut per appositionem reponit, admonitione tantum opū est.*

**g** Metaphora est a mari procellis exagitato ad populares turbas & vehementes animorum commotiones inter p̄ incipes exortas, ut in, *astuat*, prima Epist. notatum est.

**h** Altera est Metaphora satis nota & si fortè nescis, a corporibus: prop. id enim dicitur pr̄cidere anchoras, manum, caput, fistulas, quibus aqua suppeditabatur tempis: hinc p̄ accidere amicitias, libertatem, spem, pro auferre dicimus.

**i** Symploce est, similitudo soni circa principium & clausulam commutatum.

**k** Synecdoche generis pro Achille & Agamemnone. 55

**l** Videtur hoc pronunciandum per exc amationem Poeræ miserantis tentas populi utriusque ærumnas propter iras regum & principum. Ubi quoque est observandum delirare sumtum esse ab agricultis, dum arando rectos non ducunt sulcos, ut significet reges ab religione sui officiū declinare, & a ratione & honesto deflectere.

**m** Anadiplosis est, circa principium & clausulam ejusdem sententiae similitudo soni.

**n** Epanaphora, circa principia sententiarum ejusdem vocis iteratio, qualis est in, *dum sib, dum siccis reditum parat.*

**o** Simili tropo usus est Cic. in Orat. pro Milone quum dixit: *Domitor Hispanie*, in quorum etiam utroque est metonymia, pro, domitor Trojanorum & Hispanorum, sed propriâ significatiōne Virg. 7. Aen. quum Lausum domitorēm equorum vocavit, ut Hom. Iliad. 2. *Kάρης διαμόσιος*.

**p** Quidam arbitrantur allegoriam h̄c esse, qualis fuit 1. Epist. *Morsorū civilibus undis*. Curautem ita sentiant, eò videntur adduci, quād, *undis rerum*, rectè potent intelligendum de malo successu negotiorum ipsius. Non eundem istam interpretationem sperno, sed quād omnibus constet, Ulysses multis periculis, erroribus, naufragiis defunctus, etum suile, malo locum pro rīe sine ulla translatione accipere, ut Ulysses, nullis casibus, nullis tempestatibus, nullis denique rebus adveris vinctus fuerit.

**q** Sumtum est ab Arithmeticis, qui quum diu multumque se omni parte numerationis exercuerint, nihil plus argenteorum, vel aureorum nummorum in suis crumenis reperiunt, quād si notas notis numquam addidissent & multiplicasset. Itanis est ille numerus sine præsentia rerum numeratarum.

*Cor simere fruges.*] Exnotis Gram. Odes 2. lib. 3. cognosci potest, quæ tr. p̄ ratio hic in fruges statuid beat. nō ibi constituam metonymiam materiae pro pane frumentaceo, atque hinc postead cam more Hebræorum, pro quolibet cibo & potione; sed ex hac specie intelligit, quicquid eorum, quorum humanae vitæ usus atque cultus in gente solet.

**r** Simili metaphorā pro hominibus otio & inertiā diffluentibus, & omni voluptati sine ullorū rationis limitē mancipatis. Simili quoque in *Juvencus Alcinō* pro juvenes Phœaces, i. pro luxuriosis & voluptariis.

**s** Synecdoche est membrum pro integro corpore paullè habitioni: quod utrumque Græci verbo medio, *χρῆς*, complectuntur: id qui in cute, velut in superficie, appetat præcipue talis habitus, partem eam usurpavit Poeta.

**t** Allegoria est e continuatis metaphoris a gravissima corporis ægrotatione ad animi ægritudinem sic enuncianda: *ut qui nascentiū m̄rbū non occurrit adhuc validus, cogitūt in graviscente morbo gravissimè agrotans sero con fugere ad medicos: sic qui vitis animi & perturbationibus non mature medetur studio Philosophie, & remedia illorum e libris Philosophorum non requirit, diros animi cruciatuſ, deſt affeſtuſ effugere non potest.* Hujus autem allegoriae duo primi versiū sunt interpretes.

**u** Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras capiendas, aut a lagariis, qui arcum, etiam ad aliquid aliud efficiendum, ait Donat. in Heaut. A. 3. Se. 2. vers. 1. intendenda in senem fallacia.

**v** In torquebēre metaphora est a corpore quod propriè dicitur torqueri & cruciari in questibū, ad tormenta & cruciatus animi notandum ut in horam synecdoche specie pro, prorogat tempus.

**w** Sumtum est ab agricultis imperitis, qualem se proficeret.

etur Corydon Eclog. 2. *Rusticus* es, *Corydon*, id est, stultus. ubi Servius annotat, arguit se stultiæ, quod eum se sperat placare muneribus, qui potest habere meliora. Ita Fab. Quintil. lib. 2. cap. 11. dicit *natus indolens & rusticus*, & Cicer. lib. 3. de offic. *urgent sane rusticè, ne- gant enim posse, & in eo perstant.*

y Hoc etiam *μετανυκτῶς* dicitur, quod locus, id est, alveus fluminis sumatur pro aquis volubilibus, ut eas Od.. il 4. ad finem. vocavit.

y Hoc verbum ab animatis ad inanimata traducam est: deinde *sylva* metonymiam habet adjuncti pro tellure, ubi *sylva* prius steterat, pro, tellus antè a boribus occupata versatur & perstringitur rigido vomere.

aa Epanodos est, ejusdem soni regressio circa principium & medium.

bb Metonymia materiæ pro nummis aureis & æteris.

cc Metaphora a corpore ad animum, pro, sit possessor vacuus ab omnibus vitiis & affectibus pravis, si vult bene uti rebus partis. in hac autem sententia proverbiali, quæ videtur de promta lib.., de legibus Platonis & post repetita lib. 2. Retho. ab Aristotele, quidam fortassis existimabunt τὸ valeat non ad statum animi τεμνοῦ referendum, sed ad bonum corporis habitum, persuasi illo veterum popularium ordine, qui est in loco Platonis modò citato sic constitutus, οὐδὲν τὸν ἄλλον τὸν τρίτον τὸν τέταρτον τὸν πλάτωνα, εἰπόντες τὸν βλέπων. Sanitas precedit, pulcritudo est loco secundo, robur tertio, divitiae quarto, non cœcæ, sed acutum cernentes. Verum quum hæc quatuor sedare turbidos

animi motus, pravosque affectus corrigerne nequeant, puto verbum *valeat* ad sanitatem mentis referendum, atque requirendum, ut sit una mens sana in corpore sano: quale Plebeius quidam Satyrā 3. lib. 2. desiderat in Agamemnon, *Stas animo, & purum est vitiotib;*, *quum tumidum est cor?* Quia in Dialecticis hoc enuntiatum est comparatè, non simpliciter, acceprum, ephegetica metaphora videtur notanda, Ira insanæ brevi assimilatur, vel est velut brevis insanía. Fuitque paulò antè in scuti Tyranni synecdoche statuenda generis per enallagm numeri, pro Phalaride atque similis saevitiae principibus aliis.

dd Quia ex Diogene Laertio in Zenone: Intellegimus τὸν θηρὸν εἶναι ὅριον ἀχεύστῳ hymnum *ss principium re*, dicimus in (*animum regi*) esse metonymiam subjecti pro ipsi adiuncta perturbatione tali, quam mature curat repressionem: quo tropo Græce dicitur *άναιρεθητὸν*, iram mordeas, id est, reprimas primam illam animi commotionem: quod mihi videtur: verbum illud postrema legis divinae pertinere, *εκέμβυσθαι*.

ee Anaphora est, & metaphoræ duplex in frænis & catena, unde sit allegoria pro, instrue & ornans sanctissimis grauissimisque præceptis & institutis Philosophie tuum animum: verum hic intellige meliorem hominis partem e mente divina delibatam, non affectum illum, quem monet regendum rationi minime obsequientem.

ff Synecdoche est generis pro equisone, quem Græci *ιππόδρυον* vocant, ut modò dixi.

gg Translatum ab hominibus, qui sub imperatoribus ære & stipendio merent, & militarem navant operam, ad canes, qui persequuntur feras in sylvis.

hb Sumtum quoque est hoc ab infantibus, qui fugunt ubera nutricum, ut doceat sapientiam unâ fere cum lacte animo pueri instillandam esse, quum adhuc ille est purus, nullisque malis exemplis contaminatus, pravisque documentis pollutus nullaque culâ aspersus.

ii Syncedoche est partis pro integrata oratione de honesto & virtute.

hk Allegoria est stadio dromis, qui spatiū sexcentum pedum decurrere solebant, sed ab hujusmodi cursu certantibus, qui non admodum ambitione curabantur, vel anteverti a suis syndromis, ad contingendam primi metam: atque idcirco illi se vincibile patiebantur: præsertim quum summâ familiaritate & amicitia cum ipsis essent conjuncti, ad significandam Philosophici maturitatem & a qualitatem Hoc genus allegoriae est perfamiliare omnibus fere scriptoribus nec solùm profanis, sed divinis etiam atque sacris, ut D.Pau. i. ad Corinth. c. 9. v. 13. & Philip. c. 3. v. 14.

### EPISTOLA III. AD IVLIVM FLORVM.

#### Theticum.

Quò callidius Poeta rationem præcipendi Floro de studio Philosophiae, & fratetna concordia susciperet dissimulat à percontatione quæsivit primùm ex ipso, quid viri tam armorum quam litterarum periti, & ipsem agerent in castris Claudi.

Tiberii Neronis Cæsaris.

**I**lli Flore, quibus terrarum militet oris  
Claudius Augusti privignus, scire labore,  
Thracane vos, Hebrusne antivali compede vin-  
ctus.

An b' freta vicinas inter currentia turrens,  
An pingues Asiæ campi collèsg morantur?  
2 Quid studiosa cohors operum struit? hac quoq;  
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit? (curo.  
4) Bella quis & paces longum & diffundit in ævum?  
3 Quid Titius Romana brevi venturus in ora,  
Pindarici fontis qui non expalluit haustus  
Fasidire lacus, & rivos ausus apertos?

Ut valet: ut meminit nostri: h fidibus ne Latinis  
Thebanos aptare modos studet auspice Musa?  
An tragicæ deservit & iampullatur in arte?  
4 Quid mihi Celsus agit monitus, multumq; mo-

nendus  
m Provas ut querat opes, & tangere vitet  
Scripta, Palatinus quecunq; recepit n Apollo.  
Ne, si forte suas repetitum venerit olim  
Grex avium plumas moveat cornicularisum,  
Furtivis nudata coloribus? Ipse quid audes?  
Quæ circumvolitas pagilis thyma? non tibi parvū  
Ingenium, non incultum est, nec turpiter q' hirtum  
Seu